

Latinum, & Amatam conjuges colloquentes fecisset cum A Turno, Lavinia illorum filia, cui Turnus destinabatur, lacrymas tantum dedit, & ruborem, non verba: significans virginem non decere interloqui, ubi mater, & pater de conubio ipsius deliberant.

ASPASIA, Hermotimi filia Phocensis ex Jonia, à patre per vim abstracta, cum primùm filiteret Cyro, jam cœnatus erat, & bibere volebat more Persico. Etenim Persæ postquam cibo saturati sunt, poculis indulgent. Ergo cum ad cœnam Cyri junioris inter alias mulieres introducta esset, & cæteræ accubentes alludente illo, & contrectante ipsas, fœlesque jacente comitatem ejus lætæ exciperent: illa lecto afficit tacita, accersentis non parit Cyro. Parantibus adducere ipsam cubicularis: Væ ei, inquit, mihi qui admoverit manus. Igitur festiva præsentibus, & inurbana est visa. At Cyrus delectatus risit, dixitque ei, qui mulieres adduxerat: Ecce quid jam advertis hanc te mihi solum liberam, atque intactam adduxisse? Ex eo corpis propensus in eam esse: amavitque eam supra omnes, ac sapientem appellavit. Capta fuit cum Cyro in prælio occubuisse, & diriperentur castra ejus, à fratre Artaxerxe, qui illam postea in deliciis habuit: cumque B Dario filio regi designato concesserunt eam promississet, at ereptam denuò Dianæ sacerdotem constituisset, Darius contra patrem conspirans, interfectus est. *Plut. in Artaxerxe, & Ælian. lib. 12. Var. hist.*

APHRAANTES Libyes virginum optimas putabant, quæ castitatem servantes plurimum temporis manent virgines. *Stob. serm. 42. ex Nicolao de moribus gentium.*

Morem habebant Chiorum Virgines, ut uno cœtu ad publica sacra profectæ, ibi inter se diem traducerent. Spectabant procul ludentes, & choreas ducentes. Sub vesperum domum ad unamquamque invicem ibant, parentibusque, & fratribus mutuo ministrabant, ut lavarent etiam eorum pedes. Sapè unam plures amabant, eratque tam castus, & legitimus amor, ut cum deponata una puella esset, amorem statim deponerent reliqui. Caput castitatis mulieris sit, quod neque adulterium apud eos, neque stuprum non intercedentibus nuptiis ullum septingentos annos memoria relatum sit, fuisse auditum. *Plut. de Virtute mulierum.*

Virgo quædam Spartana inops, quam sponso dotem afferret, interrogata: patriam, inquit, castitatem. *Plut. in Lacon.* Huo alluisse videtur Horat. quando scribit:

C *Dos est magna parentum Virtus, & metuens alterius thori Certo fœdere castitas.*

Monima Milesia, quamquam haud magis natalibus orta esset, cum eam Armeniæ rex Mithridates ingenti pecunia, atque promissis in venerem sollicitaret, assentiri nunquam voluit, nisi eam uxorem simul atque ad regium solum duceret. Sic castum pectus adversus duos ingentes hostes, Avaritiam, ac Venerem, pudicitia protexit. *Fulg. lib. 4. cap. 3. & Sabel. lib. 5. c. cap. 6.*

Romanos olim mos fuit inter matronas illas exemplaria pudicitie, ut nupta, qua primùm ad mariti ades deducebatur, ipsa per se non ingredere marii limen, sed intro ferretur sublata: ceu vi quadam reluctans, & invita in eum veniret locum, ubi virginem decus esset amissura. *Lud. Vives de Christiana femina lib. 1. ex Plut. q. Rom.*

SYNALDI Danorum regis filia Syritica, cum ob pulchritudinem ingenti procorum frequentia pateretur, ad neminem ex cis inspectandum adduci poterat. Cujus continentie fiducia à patre cum demum sibi conjugem dari depoposcit, cum D jus blanditiis ad matrum aspectum perduceretur. Otharus quidam Ebbonis filius, sive gestarum rerum magnitudine, sive faciendæ fiducia accensus, virginis obrutum omnibus ingenii nervis emollire conatus, cum demissum oculorum ejus habitum nulla penitus arte flexisset, invicta severitatis perseverantiam miratus abscessit. Eiusdem rei cupidus gigas femineo habitu assumpto virginem à paternis penatibus digressam rapuit. Eandem vero Otharus inventam, oppresso gigante secum abduxit. Variis inde irritamentis aggressus puellam in se provocare consuevit, voto suo semper frustratus, eam tamen comprimere noluit, sed abire permisit. Illa per solitudinem ad sylvestris cuiusdam inanis feminæ tugurium perveniens ab ea pacis capris deputata, cum denuò per Otharum libertatem impetrasset, lumen tamen habitum immoto palpebrarum rigore continuit. Otharus cum ne gemini quidem beneficii meritis virginem in se vim concitare quivisset, pudore & agri tudine fatigatus, classem repetit. Cùmque Syritica more pristino in Ebbonis pira-

te sedes errabunda pervenisset, nuditatis, & inopie rubore plebejam se esse dicitabat. Eam Othari mater secum detulit, nobilitatem quippe virginis index forma precubat. Otharus, inde animum ejus certis experturus, nuptatam sibi feminam fingit, ejusque thorum conscendens, lucernam Syriticæ gestandam committit. Quæ cum absumptis penè candelis admoto propius igne premeretur, tantum patientiæ specimen præbuit, ut manum absque motu continere visa nullam ardoris molestiam sentire crederetur, externum quippe æstum cohibebat interior. Demum ab Otharo manui consulere iussa, placidos in eum obrutus verecunda luminum e- rectione convertit, statimque femoto nuptiarum figmento, genialem thorum nuptura conscendit. Cùmque postmodum Syvaldus comprehensum Otharum ob illatum filia stuprum suspensio necandum duxisset, Syritica raptus sui casibus explicatis, non solum cum in regis gratiam rediit, sed etiam patrem ad Othari forem ducendam adduxit. *Saxo lib. 7.*

VENERIS HONESTÆ MODERATIO IN CONJUGIO.

Huc pertinent

CONJUGES PERPETUA VIRGINITATE CELEBRES.

Indorum Christianorum viduæ, quæ ante annum post virorum obitum nubunt, dotem amittunt. *Oros. l. 3.*

ÆGISTRUS interfecto Agamemnone, Electram precibus matris Clytemnestræ servatam, cum natura ferociorem videret, Colono cuidam Mycenæ in uxorem dedit, ut humilitate conjugii spiritus illius traderet. Colonus ille, quantumvis pauper, genere tamen, animoque nobilis, virginem secum domi sancte, pudiceque habuit, & ab ea abstinuit, tum quia Ægyptum nihil in aliena filia elocanda juris habere putaret, tum verò Orestrem fratrem veritus, ne pœnas illi daret violatæ fororis. *Eurip. in Electra.*

DIONYSIUS tragicus histrio ab uxoris congressu penitus abstinuit. *Ælian. l. 3.*

Amœbeas citharæ castissimus, uxorem quam habebat pulcherrimam, nunquam attigit. Eum scribit Aristæas, in citharæcorum libro Athenis habitantem, apud theatrum habitasse: qui ubi cantaturus exiret, Atticum talentum singulis diebus capiebat. *Atbenus libro 14. capite 9. & Ælian. lib. 3.*

Gallicanus Romani dux exercitus, ad religionem Christianam à Constantia Constantini F. sibi deponata, conversus, quavis formosissima fuerit, intactam reliquit. *Marul. l. 1. c. 3. & Sub. lib. 2. c. 9.*

Arcadius Imp. ex Eudoxia filium Theodosium, & tres filias tulit, Flacillam, Martinam, & Pulcheriam: quæ virginatatem perpetuò servavit, summa bonitate, integritateque, & sanctitate, religionis observantissima cultrix. Mortuo fratre Theodosio jussu ejusdem Marcianum sibi in regni consortium adscivit: ea conditione, ut fidem daret, virginatatem suam, quam Deo consecrasset, se intactam servaturum. Hoc stipulatus Marcianus, Imperator est declaratus. *Cædrenus.*

Amos, Ægyptius adolescens, uxorem ducere recusabat. Cum autem e cognatis quidam urgerent, ne conjugium despiceret, sed uxorem duceret: obtemperat, & in matrimonium, multique monitis virginis persuaduit, ut ante congressum, vita mundana, renuntiaret. Quod ambo cum fecissent, in Nitriæ montem secesserunt: & exiguo tempore una excitati, post seorsim idem secesserunt. Mortui animum in coelum recipi, vidit Antonius. *Marullus libro 4. capite 7. & Sabel. lib. 5. cap. 6.*

B. Cæcilia virgo Valerianum, cui deponata fuerat, ipso nuptiarum die ita perterrita, cum angelum virginatatis suæ defensionem esse asseruisset, ut ipsam ne contingere quidem ausus sit. Quinimò deposito gentilitatis errore ad Christum conversus, & ipse visonibus peritus meruit angelorum. Sed, & martyrii coronam cum fratre Tiburcio laudabiliter consecutus est. Ambo rubentibus rosis, & candentibus liliis ab angelo coronati fuerunt: ut hoc virginatatis insignie esset, illud martyrii. *Marul. l. 4. c. 8.*

Julianus Antiochenus martyr, & Basilissa virgo, nuptiis inter se celebratis, cum Julianus continentie votum suscepisset, brumæ tempore rofatum, ac liliorum fragrantiam in cubili collocari fecerunt: ille pœnitentique puellæ sponsum dixit odorem

rem hunc munditiæ virtutis virginis esse. Cujus quidem A suavitatis illa capta, una cum ipso in virginatate perseverare decrevit. Propositum ambo confirmavit visio, qua Christus cum Matre Virgine illis apparuit, pudicitieque corollis donatos dimisit. Cùmque diu simul castæ, sanctæque vixissent, religioni se tradidere: alter Abbas monachus, alter Abbatissa præfuit virginibus: Julianus postremò martyrii quoque palma glorificatus, sicut carnis lasciviam pudicitia, ita tormentorum vim patientia superavit. *Marul. lib. 4. cap. 7.*

AMATOR Antisiodorensis Episcopus, parentum suorum voluntati cedens, invitum puellam genere, & forma insignem cum in matrimonium accepisset, suadendo induxit, ut secum castitatem proficeretur. Suscepto utrinque voto, angelum Domini viderunt, quem ante videre non poterant, & virginatatis coronam de manu ejus acceperunt. Mox illa virginum monasterium ingreditur, ipse clericus efficitur, Helladioque in Episcopatu succedit: dignus Ecclesiæ sponsum, qui cum maritus esset, fe maritum nescivit. *Idem.*

Ad Joannem Abbatem quemdam seculari habitu hominem venisse, auctor est *Cassian.* primitiæque obtulisse. Cujus adventu dæmon ab obfesso, quem sanare Abbas non poterat, repente effugit, propter eum se fugere confessus. Admiratus Joannes, unde ex illo homine tanta virtus emicuisset, curiosus percontari cepit: atque audivit, eum olim dum monasticæ professionis desiderio afficeretur, & parentibus compulsum ducere uxorem, & jam annum undecimum cum illa in virginatate perseverare: ipsa denique omnibus insciis, fororis, non conjugis loco habere. Quare in stuporem versus fenex proxinus exclamavit: Non immerito talis viri præsentiam immundum spiritum ferre nequiveris, cujus pudicitia constantem ipse imitari studeat, ne quod illi in laudem, sibi cedere in perniciem. *Idem.*

ARNULPHUS natione Gallus, genere clarus, Stambergam Clodovei regis nepem duxerat uxorem. Sed ut spiritu non carne jungeretur, sancto fœdente Remigio, inter se convenerunt. Ne vero præsentia oppugnare propositum, ipsa domi recedat, ille peregrinatus est. Cùmque multa morum sanctitate polleret, Turonensem Episcopatum Domino per Angelum jubente suscepit: ne scilicet Apostolica careret dignitate, qui Apostolorum vitam sequutus fuerat. *Marul. lib. 4. cap. 7.*

VANDO Abbas, Pipini Gallorum regis nepos à Dagoberto regni successore (cui in primis charus erat) compulsum est, ducere uxorem: neque tamen ne castitatem servaret, compelli potuit. Nupta persuasit, ut Deo potius quam mundo serviret. Itaque illa sacrum virginum collegium inivit, ipse monachorum: Abbatique officio functus est, & miraculis nobilitatus. *Idem.*

PHARALDIS, Vigeri, & Amelbergæ neptis, Pipini ex sorore F. Germana, à Gertrude Nivigellensi Abbatissa literas, & pietatem edocta, in conjugio tandem multos annos illibatam virginatatem cultudivit. *Jacob. Meyer.*

RICHARDUS uxor Caroli Crassi, quam proberi cum Luitualdo Episcopo Vercellensi infimulatam dimiserat, juratus ab fe integram esse: Benè habet, inquit, mariti jurejurando virgo sum. Ita sacrum virginum cœtum se dicavit. *Ex Sig. & Regione. Emil. lib. 3.*

HENRICUS II. Imper. & Cunegunda Sigifridi Palatini Rhenensis F. involutum virginatatis florem servaverunt. Henricus zelotypus in falsam adulteri suspicionem in Cunegunda vi innocentiæ, & pudicitia conjugalis experimentum ederet jussit ignitos vomeres in medium afferri. Quod cum factum esset, in mariti conspectu nudis pedibus illata super ignitum ferum ambulavit, cum has prius voces proclamasset: Si adultera sum, Deum oro, ut candenti hoc ferro ita comburatur, ut punite pudicitie conjugalis alius mulieribus presentissimum sui exemplum. Quo facto, vidit Imperator illam conjugis pudicicam esse. *Crantz. lib. 4. cap. 5. Merropoles.* Henricus cum horam motus haud longè abesse animadverteret, ætatis anno 52. convocatis parentibus, consanguineis, ac cognatis conjugis: Hanc, inquit, illibatam virginem à vobis in uxorem mihi accepi, eandem intactam, & castam vobis reddo, commendoque. Ipsa cum Babenbergæ in templo SS. Petri, & Pauli tumulo mariti inferenda esset, vox incerti auctoris audita est: Cede virgini virgo locum. *Crantz. lib. 3. cap. 32. & lib. 4. c. 15. Saxo. Avent. lib. 5. Fulg. l. 4. cap. 3. Marul. lib. 4. c. 7. & Egnat. lib. 4. c. 7.* Tandem in numerum Sanctorum relati. *Idem.*

L. B. Theatr. vite Hum. Tom. II.

EDUARDUM III. Britannorum regem cum Egitha uxore virginatatem custodisse, memoriæ proditum est. Non tam illi E. urbes, populos, provincias vicisse gloriosum fuit, quam quod seipsum vicerit, nullum veneræ voluptati relinquens locum. *Marul. lib. 4. cap. 7.*

EMERICUS, sive Almericus D. Stephani Hungarorum regis F. Vesprii D. Georgii ædem uno tantum ex amantibus accito, nocte ingressus, ibique inter supplicandum ante arcam constitutus, Deum percontabatur: Quid numini potissimum præstare posset, quod illi foret acceptissimum? Edes extemplo ingenti splendore complectur, & hinc vox divinitus audita Nihil, Emericus, Deo virginatate gratius futurum putes. Ergo ille Dei auxilium, & benedictionem in ea custodienda precatus, patris auctoritate, cui reflagari impium putabat, ducta uxore non minori castitatis conservandæ studio accensa, nunquam cum ea rem habuit. Nec multo post rebus humanis exemptus est. Ejus uxor integram utriusque virginatatem, dum perpetuam viri castitatem testari cupit, cogitur proficere, Amanuens, quod in Georgii æde videat, post ejus obitum publice prædicavit, & interemeratam testatur esse ejus castitatem. *Bonf. lib. 1. Doc. 2.*

Greg. Turon. lib. de Confessoribus cap. 32. narrat, Arverni virum quendam cum puella, quam duxerat, castè vixisse per omnem vitam, nec eam unquam cognovisse. F. Puella autem mortua cum sepeliretur, sublati in cœlum manibus, in hæc verba protulisse, Gratias ago tibi, omnipotens conditor, quod hanc puellam, sicut eam mihi tradidisti impollutam, & ab omni voluptatis contagio puram, ita tibi restitui. Illa verò subridens ait: Sile, vir Dei, quia non est, necesse proloqui nostrum, æmine interrogane, secretum.

BOLESLAUS V. Polonorum Princeps, Cunegundim Bele Hungarorum regis F. uxorem duxit anno Christi 1239. puellam moribus, & sanctimonia vitæ nobilem. Dos ei quadraginta millium marcarum fuit. Tali autem conjugæ Beatus Boleslaus, tamen primis nuptiarum diebus eam non attigit. Inde confirmata postea consensu mutuo religione, ambo perpetuam vivere continentiam. Hinc Boleslao Pudico cognomen inditum. Hæc post mariti mortem, distribuit in usus egenorum, & in cultum divinum omnibus facultatibus suis, in Sandecensi monasterio plus duodecim annis duram exegit vitam. Sanctimonia verò ejus nautis, & stupendis miraculis, cum ab ea vivente, tum post mortem anno 1292. ad se pulchrum ejus editis, divinitus comprobata fuit. *Cronerus lib. 9. & 10.*

ETHELDREDA Annæ Orientalium Anglorum regis filia formosissima bis nupsit, & corpus tamen virilis complexus omnino experta servavit. Sed cum priore viro Candeberto Austalium Girgivorum principe, qui statim post factas nuptias mortem obiit, illud facile factu fuit: cum Egfrido verò Northumbrorum rege juvene ætate florente, cum duodecim vixisset annos, & nunquam cum eo corpus ipsa suum commiscuisset, id adeò dignum admiratione est, ut propè nescias, utrum magis femina constantia, aut viri amore flagrantis patientia laudanda sit: atque utrumque par gloria comitatur. Res ad extremum extra tamen vim in certamen adducta est. Etenim Egfridus suspensivæ prolis desiderio agitur modò blandienti, modò minitanti similis, uxorem stimulabat, quò vellet una secum velut jus matrimonii posceret, liberis procreandis operam dare. Etheldreda contra, quæ Deo virginatatem suam dedecarat, nullius voluptatis, seu verborum illecebris à proposito avertebatur. Rex, qui suapte natura placido erat ingenio, licet quò magis uxor negabat, hoc majore amore flagraret, manus tamen à violentia abstinere. Ut nihil intentatum relinqueret, eam de sententia deducendi negotium dedit Vvifredo Eboracensi Archiepiscopo. Cui virgo multum confidebat. Veruntamen ille etiam nihil proficere, adeò mens illius immota manebat. Etheldreda interim assiduis precibus virum flagitare non cessabat, quò sibi per ejus voluntatem conjugali vinculo soluta, liceret privatam, & celebrem ducere vitam: idque tandem, impetravit. *Polid. lib. 4. Sigebertus, Beda lib. 4. hist. Eccles. cap. 20. Adon. Viennensis ætate sexta scribit eam marito defuncto, virginem matrem, & nutricem egisse: ob quæ merita caro ejus post annos sedecim in sepulchro una cum involuere integra, & incorrupta fuerit repta.*

Maria Ognescia, puella xxi. annos nata, parentum, non sua voluntate, cuidam Joanni nuptui tradita, vite districtione, I ac

ac sanctitate commovit virum, ut intactam dimitteret. In virginitate ergo perseverans, multa virtute, multaque miraculis celebris evasit. Solutam a corpore animalum, cum angelorum comitatu in caelum ferri conspexit Episcopus Tolofanus. Marul.

ALFONSUS II. Castus Asturum rex, filius Regis Froila, vir virtutum, castitate, & pietate praecipuus, in conjugio castitatem vitam traduxit: uxorem pene invitus ducens ducis Siciliae regem, cum ea continentissime vixit, monacho similibus, quam regi testati sunt, qui defuncto aderant, cum veneni sumptus esset suspicio, cruce[m] se in ejus brachio vidisse. Crantz, lib. 5. Saxonia, cap. 15.

CONRADUS rex Henrici IV. Imper. filius, in Italia, Matihildi consanguinea adhaerens, consilio & auxilio ejus honestissime vitam traduxit: uxorem pene invitus ducens ducis Siciliae regem, cum ea continentissime vixit, monacho similibus, quam regi testati sunt, qui defuncto aderant, cum veneni sumptus esset suspicio, cruce[m] se in ejus brachio vidisse. Crantz, lib. 5. Saxonia, cap. 15.

CONJUGES TANDEM

CASTITATEM PROFESSI.

* Quid de Apostolorum Principe Petro dicemus, qui hujus virtutis amore conjugem repudiavit. Hinc pro se, aliusque B confiderent loquitur: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis, quibus verbis se uxori quoque renuntiasset, vel ex eo constabat, quod Christus illic hoc responsum subneceat: Amen dico vobis, nemo est, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, propter regnum Dei, &c. Quin Ethnicus Poeta Tibullus in Epitholis, inquit:

Vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris Qui tulit besterna gaudia nocte Venus.

PHARON MELDENIS antistes, postquam pari cum conjugem consensu religionem professi, altera inter moniales, alter inter monachos diu sancte vixissent, formae pulchritudinisque ejus memoria sollicitus, ipsam ut ad se venire rogatum misit. At prudens femina, sagaci mente, id quod erat, concipiens, ut omnino recusat. Eo ille magis ardere, nec animo conquiescere, nec evocando cessare. Venit tandem mulier cilicio induta, squalore obfusa, vultu lugubri, & ipsum immundae cogitationis arguens, respicere fecit. Marul, lib. 4. cap. 7.

Lupus Trecacensium Episcopus, omnium iudicio vir sanctissimus, Leucorum familia decus, Pigniolani Hilarii, C Arclatenis Episcopi foretorem, conjugem duxerat. Septimo conjugii anno, utriusque consensu sanctum divortium decreverunt, ut aeternis se in divina charitate vincerent. Bonfin, lib. 4. Decad. 1.

EUPHEMIANUS Romanus, & Aglae uxore, post susceptum Alexium filium, continentiam postea servarunt. Marul, lib. 4. cap. 2.

Radegundis Clotharii Galliae regis conjug, cum annos aliquot cum marito sine querela vixisset: tandem servandae castitatis cupiditate accensa, divortium impetrat: & monasterio se includit. Quaeque regis uxor fuerat, facta est sponsa Christi: & magis deinde miraculis claruit, quam ante claruerat Galliae regno, quod reliquit. Marul, lib. 4. c. 8.

Non minor casti propositi constantia Abbatis Vandonis fuit, Pipini enim nepos a Dagoberto regni successore ducere uxorem compulsus: neque tamen, ut castitatem violaret, potuit compelli. Nuptiam itaque hoc modo alloquitur: Quae, Deo potius, quam Mundo serviamus. Itaque matrimonio non consummato, uterque monasticam vitam amplectitur: & dum in Spiritu seminant, de spiritu vitam aeternam merent. M. Marul.

MELANIA, urbani praetoris filia, viro tradita cum duos liberos, quos ex eo susceperat, impubes ad huc, morte immatura amississet, nequaquam de reparanda prole cogitare cepit, sed de castitate servanda. Crebris itaque suasionibus induxit maritum, ut distractis in pauperum usus bonis, ambo animum ad Dei servitium applicaret. Itaque ille inter monachos, ipsa inter ancillas Christi, quod vix superstit, relicto generali thoro, laudabiliter peregravit: viduitatem servantes, antequam vidui essent: immo quod plus est, religionem se vincientes, ne uxoris actus repetere expeditum foret. Ibid.

* Hoc etiam in Martyre Juliano mirabile, quod nuptus, cum Basilissa virgine celebratis, suscepit perpetuae castitatis votum, quo factum, ut brumae tempore, solatum, ac litorum fragrantiam in cubili fensit: quae silentique puellae, ac roganti. Quis hic odor? ille Virginis munditiae, respondit, cu-

jus quidem suavitate capta, a virginitatis servandae proposito nunquam recessit. Sur, Tom. 1. Marul, lib. 4. c. 7.

* THEONAS Schyziotici monasterii Abbas, non sibi, sed parentibus obsecutus, conjugii iugum tulit, ceterum quinquenium conjugii emensus, de continentia servanda deinceps cogitat, quod cum uxori frustra suadere etiam nititur, tandem ait: Ego te, o mulier, abstrahere a morte non possum, nec tu me separabis a Christo. Melius est mihi cum homine, quam cum Deo habere divortium. Vere insignis animi index vox. Cassianus Col. 12. c. 9.

ISAACIUS Comnenus Imp. Rom. paulo ante obitum monachi habitum sumens, in cenobio vixit: ubi cum postremo renibus laboraret, medicique juberent remedi gratia coitu ut constantissime tenuit, etiam viva, & incolum uxore, a qua diu post sobolem abstinerat. Volat. 1. 23. Anbr.

Petrus Urscolus Venetorum dux, filium ex Felicia conjugem unicum habuit: quo nato, uterque perpetuam Deo vovit castitatem. Sab. lib. 4. Dec. 1.

Redierat Vitalis Michael Venetorum dux, ex Constantinopolitana provincia, quem Venetus populus haud sane laetis animis acceperat, tum quod classem magna ex parte laceram hostium insidias dimisisset, tum quod Iustiniana familiae viri omnes aut ferro, aut peste penitus obissent, senibus tantum domi relictis, quorum ego reparari iam illi. F stis non possit. Hanc invidiam, ut se averteret dux, literis ad Pont. Alexandrum misit, haud aegre obtinuit, ut Nicolaus Justinianus, qui quidem monachus ad D. Nicolai phanum ageret, adolecens, religionis inite voto solvceretur, cui Anam filiam unicam matrimonium jungeret. Quo facto, Nicolaus ipse, & Anna uxor, susceptis maribus liberis sex, tribusque feminis, mutuo consensu uterque religionem reprobare: ille ad D. Nicolai phanum regressus, ipsa cenobio sese includens a marito prius erecto, in loco, qui de Amianis dicitur. Henr. lib. 6. cap. 1.

Henricus Barbarus, dux Uratislaviensis, & Heduigis uxor, post, susceptam prolem, per xxx. annos disuncti, & continententes vixere. Cromer, lib. 8.

CONJUGES IN VENERE

TEMPERANTES, HABITA

Ratione loci, temporis,

modi.

ABRAHAM Agar concubina usus est, ad generandam prolem non ad explendam libidinem, nec insultans, sed potius obediens conjugii, quae sua fertilitate credidit esse solatium, si fecundum, ancilla uterum, quoniam natura non poterat, voluntate faceret suum: & eo jure, quod dicit Apostolus: Similiter & vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier: uteretur mulier ad patendum ex altera, quod non poterat ex seipia. Nulla est hic cupiditas lasciviae, nulla nequitia turpitudinis. Ab uxore causa proli ancilla marito traditur, a marito causa proli accipitur: ab utroque non culpa luxus, sed naturae fructus exquirunt. Denique cum ancilla grvida dominam sterili superbirer, & hoc Sara suspicione muliebri, viro potius imputaret, etiam ibi demonstravit Abraham non se amatorem servum, sed liberum fuisse genitorem: & in Agar Sacrae conjugii pudicitiam custodisse, nec voluptatum suam, sed voluntatem illius implesse: accepisse, nec petisse: accessisse, non habuisse: feminasse, non amasse. Ait enim: Ecce ancilla tua in manibus tuis, utere ea quomodo tibi placebit. O virum viriliter utentem feminis, conjugem temperantem, ancilla obtemperantem, nulla intemperantem. D. Aug. 16. de H. Cro. Dei, c. 25.

Qui sponsalia ita instituit, ne primo statim congressu Conjuges jungerentur, pudicitia maximopere videntur consuluisset, ne mulier & familiariter versaretur, & rem haberet eum eo, quem forte nunquam esset prius allocata, quod non fieret sine magna pudicitia, ac pudoris jactura: in quibus sita est haud exigua sanè pars honorum in civitate morum, & publice quietis per gentes omnes. Sunt nonnulli sponsi impatientes morae, qui & in sponsas, & in seipsos male consulant. At Jacobus totam, cum adamata Rachel, duca iam uxore, & pacta, in communibus pascuis in solitudine versatus, sanctissime se cum ea semper gessit (quapropter viri illius bigamia multorum castitati merito anteponenda est: quemadmodum de avo ejus Abraham Augustinus definit) & Rachelum usque ad extremum vitae constantissime, ac unice amavit, & uxore usus est spectata probitatis, singulariter in conjugem pietate. Lud. Vives de officio Mariti.

BRACHMANES viri loca Oceano finitima accolunt: mulieres autem ultra Gangem sunt, qui in Oceanum in parte Indiae insunt. Viri ad mulieres Julio, & Augusto mense traiciunt, qui apud illos vitam frigidiores, sole ad nos & septentrionem ascendente: & cum temperati magis sint, in furias illos agere dicuntur: id quod de Nilo quoque ferunt, qui non more ceterorum fluminum exundat, sed media aestate inundat Aegyptum. Itaque cum Sol Septentrioni viciniores regiones percurrit, & alios quidem fluvios infestet, atque minuat, ab hoc autem plurimum abest, ut. diebus cum uxoribus exactis domum redeunt. Cum vero usor duos pueros peperit, vir non amplius ad eam traicit, neque etiam illa (quae earum pudicitia est) cum alio rem habet. Si vero contigerit aliquam ex eis esse sterilem, ad quinque annos maritus ad eam traiciens, ejusque consuetudine utens, nisi pepererit, deinceps abstinet. Quapropter populosa non est eorum regio, ob castitatem. Suidas.

Fuit apud Iudeos Efenorum alium collegium, quod cibos quidem, & mores, & leges similes cum exquisitissimis habens, distans vero opinione de conjugio. Maximam siquidem vitae hominum partem, successione scilicet, amputare eos, qui abstinent nuptiis arbitrantur: quippe si in eandem omnes velint ire sententiam, defuncturum confectum genus humanum. Nihilominus autem cum tanta ipsi moderatione conveniunt, ut per triennium explorent va-

lud. Vives de officio Mariti.

Populo Isrelitico Dominum de monte Sinai loquentem audire, Moyses, immo per Moysen ipse Dominus precepit, dicens? Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxori vestris. Conjugatos alioqui noluit Deus, nisi cum per triduum sese continuissent. Marul, lib. 4. c. 7.

URIAS HETHAENS fortitudine militari a congressu uxoris Bethsaba formosissima abstinuit, quamvis a Davide rege iussus: indeoratus, se sub teo in uxoris amplexibus cubare, cum commilitones sui omnes in castris sub dio militiae cogere tur perferre. 2. Reg. 11.

RAPHAELIS monitu, Tobia junior, cum Sara Raguelis filia (cujus septem viros prima nocte Asmodeus demonum rex interfecerat) in thalamum nuptialem ingressus, per tres dies ab ea abstinuit, precibusque vacavit, cum prius corde piscis, suffitu Sara vestes facta, demonem expulisset. Tum tandem tertia nocte precibus ad Deum fuis, cum ea rem habuit liberorum amore potius, quam libidine ductus. Et sic Tobias malefici genii tyrannidem superavit. Tobie 6. c. 8. Operaque fuerit verba audire non hominis, sed Angeli: Audi, inquit, me, & offendam tibi, qui sunt, quibus praylere potest demonium. Nam qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum a se, & a sua mente excutiant, & se libidini ita vacent, si B ut equus, & mulus, quibus non est intellectus, in eos habet potestatem demonium, Tu autem cum accepisset eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea: ipsa autem nocte, incenso jecore piscis, fugabitur demonium. Secunda vero nocte, in copulatione sanctorum Patriarcharum admittis. Tertia autem nocte benedictionem consequeris, ut filii ex vobis procreentur incolomes. Transacta autem tertia nocte, accipies virginem, cum timore Domini, amore filiorum magis, quam libidinis ductus, ut in semine Abraham benedictionem in filiis consequaris. Hec Raphael Tobie.

Novas nuptias amissa virginitate menses aliquot latere domi conventus. Sic Elizabeth Zachariae, conceptu foetu, aliquantisper latuit. Haec quia vetula, cum viro cubuisset, illa quia virgines: utraque pudere decebat facti, quamvis non illegitimi. Lud. Vives de Christiana fem. lib. 2.

DEJANIRA apud Sophoclem in prologo Trachiniamum obsecrare significavit, quam raro contigerit ipsi capere voluptatem ex viro. Sumptit autem in ea re exponenda verbum a re rustica, & cum filios procreasset, dixit patrem eorum, inde subito abeuntem, imitatum fuisse genus quoddam agricolarum, qui cum fundum valde remotum, & longinquum arantes, statim illo fato, domum revertuntur, nec eod ante redeunt, quam tempus messis faciendae venerit. Verba poetae, quibus facit hoc illam edidisse, sunt haec:

αφορα πει δὴ παίδας, ὅς τις κείνη ποτα. Τίνας δὲ αὐτῶν ἀποπνέειν ἐκείνην λαβόν, Τίνας ποὺ μὴν ἀποπνέειν ἐκείνην ἀπ᾽ αὐτῶν.

Vidor. lib. 34. Var. Lett. cap. 17.

BRACHMANES viri loca Oceano finitima accolunt: mulieres autem ultra Gangem sunt, qui in Oceanum in parte Indiae insunt. Viri ad mulieres Julio, & Augusto mense traiciunt, qui apud illos vitam frigidiores, sole ad nos & septentrionem ascendente: & cum temperati magis sint, in furias illos agere dicuntur: id quod de Nilo quoque ferunt, qui non more ceterorum fluminum exundat, sed media aestate inundat Aegyptum. Itaque cum Sol Septentrioni viciniores regiones percurrit, & alios quidem fluvios infestet, atque minuat, ab hoc autem plurimum abest, ut. diebus cum uxoribus exactis domum redeunt. Cum vero usor duos pueros peperit, vir non amplius ad eam traicit, neque etiam illa (quae earum pudicitia est) cum alio rem habet. Si vero contigerit aliquam ex eis esse sterilem, ad quinque annos maritus ad eam traiciens, ejusque consuetudine utens, nisi pepererit, deinceps abstinet. Quapropter populosa non est eorum regio, ob castitatem. Suidas.

Fuit apud Iudeos Efenorum alium collegium, quod cibos quidem, & mores, & leges similes cum exquisitissimis habens, distans vero opinione de conjugio. Maximam siquidem vitae hominum partem, successione scilicet, amputare eos, qui abstinent nuptiis arbitrantur: quippe si in eandem omnes velint ire sententiam, defuncturum confectum genus humanum. Nihilominus autem cum tanta ipsi moderatione conveniunt, ut per triennium explorent va-

lud. Vives de officio Mariti.

BRACHMANES viri loca Oceano finitima accolunt: mulieres autem ultra Gangem sunt, qui in Oceanum in parte Indiae insunt. Viri ad mulieres Julio, & Augusto mense traiciunt, qui apud illos vitam frigidiores, sole ad nos & septentrionem ascendente: & cum temperati magis sint, in furias illos agere dicuntur: id quod de Nilo quoque ferunt, qui non more ceterorum fluminum exundat, sed media aestate inundat Aegyptum. Itaque cum Sol Septentrioni viciniores regiones percurrit, & alios quidem fluvios infestet, atque minuat, ab hoc autem plurimum abest, ut. diebus cum uxoribus exactis domum redeunt. Cum vero usor duos pueros peperit, vir non amplius ad eam traicit, neque etiam illa (quae earum pudicitia est) cum alio rem habet. Si vero contigerit aliquam ex eis esse sterilem, ad quinque annos maritus ad eam traiciens, ejusque consuetudine utens, nisi pepererit, deinceps abstinet. Quapropter populosa non est eorum regio, ob castitatem. Suidas.

Fuit apud Iudeos Efenorum alium collegium, quod cibos quidem, & mores, & leges similes cum exquisitissimis habens, distans vero opinione de conjugio. Maximam siquidem vitae hominum partem, successione scilicet, amputare eos, qui abstinent nuptiis arbitrantur: quippe si in eandem omnes velint ire sententiam, defuncturum confectum genus humanum. Nihilominus autem cum tanta ipsi moderatione conveniunt, ut per triennium explorent va-

L. B. Theat. vii. Human. Tom. 11.

litudinem feminatum: & si constanti purgatione apparuerint idoneae parvi, ita eas in matrimonia adsciscunt. Nemo tamen eorum cum praegnanate concubit: ut ostendant, quod nuptias non voluptatis, sed liberorum causa incirunt. Joseph. 1. 2. cap. 7. helix Judaei.

CYRENAICI philosophi interdictum, vel etiam noctu ad lucernam veniri operam dare, impurum esse censebant, nisi species concubitus animo imprimeretur, sumpsi ad libidinem vel volentes excitaret. Plut. lib. 3. Sympos. c. 9. contra Epicurum.

PUELLA Lacrae rogante quopiam, Complexane jam virtum esset? Minime vero, inquit, ego sed me ille. Hic esse mos debet matrisfamilias, ut neque defugiat, neque averteretur ea exordiente viro, neque occipiat ipsa. Hoc enim meretricum, & impudens factum, illud est superbum atque ab amore alienum conjugali. Plut. in Praecept. convub. c. 9. in Laconicis.

THEODORI tragici uxor concubitus ejus, infantibus ludis, non admiserat. Ut vero palmam consecutus ad eam est ingressus, complexa illum ait:

Aganemnonis proles tibi illa nunc licent.

Plut. lib. 9. Conv. q. c. 1.

Cum in censura M. Cato senior Manilium senatu movisset, quod uxorem filia inspectante foret osculatus, intulit, Uxorem se nunquam amplexatum, in magno tonitru edito: Unde factum prodit id, ut uxorem in te duas sportaret: id est, Jove tonante esse beatum. Celsus lib. vigesimo octavo cap. 21. A. L.

DRUSUS Germanicus in matrimonio suo continentissimam vitam egisse dicitur. Ceteri enim principes, cum extra matrimonii limites pro more, cum concubinis, scortis, civiumque uxoriis libidinem explerent, ipse Antonia consorte (quae M. Antonii Triumviri, & Octaviae fororis Augusti filia erat) contentus adeo fuit, ut etiam rarissime cum ipsa concubebat. Val. Max. 4. c. 3.

Martialis Epigram. 1. 11. de Sophronio sic scribit:

Tanta tibi animi probitas, orisque, Sophroni, Ut mirer fieri te potuisse patrem.

* Apud Seneca in Herculo Furioso inducitur Megara ita loqui:

Gravet arena corpus, & longa fame Mors protrahatur lenta, non vincet fidem Vis alla nostram, major Alcide tua.

ZENOBRIAM Palmyrenorum reginam, scribit Trebellius Pollio, mulierem eruditissimam, & regni administrandi prudentissimam, ea castitate fuisse, ut ne virum quidem suum nisi tentatis conceptionibus nosset. Nam ubi semel concubuisse, a viro abstinebat usque ad tempus menstrui: si conceperat, omnino seculabat, quoad peperisset: sin aliter, potestatem sui faciebat viro quaerendis liberis. Quis hanc credat non modo libidini sed vel mediocri voluptati concubitus dedisse? Sufficienda, & adoranda matrona, quae non plus muliebris ad libidinem sollicitabatur, quam pede, aut manu: digna, quae vel sine concubitu pareret, quae tantum in pariendi usum petebat: vel sine dolore, quae implebatur sine voluptate. Lud. Vives de Christi. fem. lib. 2.

Craes Scythia, Mariam Andronici Imper. Graeci notam filiam socio remissit, ne venire, bello gerendo occupatus, enervaretur. Tandem delectis Noga reliquis eam repetit. Pachym.

ISAACIUS Comnenus Imper. cum aegrotaret ex renibus, ac a medicis in morbi remedium feminam juberetur congressi, noluit alteram, quam uxorem tentare, morbi potius ferens austeritatem. Alii tradunt, tantae fuisse continentiae, ut prole uxore suscepta, etiam si medicis frequentiore coitu uti edoceret pro servanda sanitate, cum ea amplius congressi noluerit. Zonaras.

GORMO III. Danorum rex, Anglorum regis Edelfredi filiam Thiram, Dania sub dotis nomine assignata, in uxorem accepit. Ea prima nocte, qua geniale thorum confectum, sponsum precibus aggressa, in triduum de virilis concubitus expertem dimitti petivit, non ante rebus veneris indulgere constituens, quam matrimonium creandis liberis efficac futurum aliquo per quietem praesagio didicisset. Indulst hoc sponse Gormo, & gladio nudo medio interposito, vim libidinis patienter repressit: mox in somnum solutus, vidit duos alios conjugis suae generali parte lapsos, sed alterum altero grandiore, praepeti eglum volatu petere, exiguoque tempore interjecto reverfos suis manibus insidere. A somno excitatus, cum Thyrae somnium recitasset, illa augurio paruit, & ex eo Haraldum, & Canutum suscepit, qui cum virilem attigissent aetatem

atatem, Sclavos domuerunt, Angliam invaserunt, & abavo regni haredes instituti fuerunt. Saxo lib.9. Crantz. lib.4. Danie. c.4.

ALOYSIUS de Caballis Venetus, & uxor patricii sanguinis uno, eodemque consensu nunquam in unum convenere, nisi folobis procreanda causa: ut quamvis simul hoc nomine jungerentur, non tamen venere licentia sit unquam datum: interclusis suis ita interim amici, ut non facile altera alterum tangeret nuda corporis reliqua parte. Egnat. l.2. c.3.

VENERIS HONESTÆ MODERATIO. POST CONJUGIUM QUATENUS NUPTIÆ NON REPETUNTUR. VIDUALIS CASTITAS. Exempla. JUDÆORUM.

JUDITH Merari F. ex tribu Simeon, viro suo Manasse mortuo, quamvis amplam regeret familiam, & multis afflueret opibus, multis tam cupientibus, in viduo tamen thoro permansit ad extremam usque senectutem, cum annos vixisset cv. Viduitatem praelit nuptiis, molli indumento cilicium, luxurie jejunitium, somno, atque otio vigilans, & orationem: hique armis instructa, Golopherus ducis Nabuchodonosoris amputavit caput, nullum ei ad se corrumptendam relinquens locum. Hinc illi, quæ fixerant, dicitur: Confortatum est cor tuum, eò quod castitatem amaveris, & post virum tuum alterum nescieris: & ideo manus Domini te confortavit, & ideo eris benedicta in æternum. Marul. l.4. c.8. ex ejus hist.

ANNA prophetissa, Phanuelis filia, cum septem tantum annos vixisset cum viro, in viduitate ad quartum usque, & odogefimum vitæ suæ annum perseveraverat, quando Christum videre, & de illo vaticinari meruit. Didicisti incorrupta viduitatis premium: disce & quo sale, ne corrumpti posses, condita fuerit. Non discebat de templo, jejuniis, & obsecrationibus serviens die, ac nocte. Marul. lib.4. cap.8. Sa. bell. lib.5. cap.6.

CHRISTIANORUM.

Nataliam Hadriani martyris conjugem (quoniam forma multis præstabat) tribunus Nicomedie in conjugium petiit. Denegare non erat, quod tribunus peteret, & ancilla Christi jam, quò se verteret, nesciebat. Impetrat tamentridui spatium ad deliberandum: atque interim Dominum votis, precibusque sollicitat, ut pudicitiam, quam illi voverat, ipse tueretur. Ergo somno edocta, inde solvens, Constantinopolim versus fugam fecit. Quod ut rescivit tribunus, concessa navi fugientem persequitur. Jam propè erat, ut consequeretur, cum contrario flante vento coactus est reveri: illa, quò volebat, pervenit. Marul. lib.4. c.8.

PAULAM Romanam Hieronym. scribit, post mariti mortem non solum nubere noluisse, sed etiam cum viro nunquam comedisse. Casta mulier vix vidua esse putavit, si cui non sui sexus hominum, vel ipsa tantum convivendi familiaritate jungeretur. Sic itaque viduitatem sancte, pureque custodivit, ut in monasterio factis virginibus præfesset: quas enim æquaverat castitate, eas cæteris virtutibus superabat. Ibid.

MARCELLA Romana nobiliss. viro post nuptias septimo mense privata est. Cumque eam Cerealis consul Romanus propter ætatem, & antiquitatem familiæ, & insignem decorem corporis, ac morum temperantiam ambitiosus peteret, suasque jam grandis natu polliceretur divicias, & non quasi in uxorem, sed quasi in filiam vellet donationem transfundere: Albinaque mater tam clarum præsidium viduatæ domus ultro appetere: illa respondit: Si vellem nubere, & non æternæ me cuperem pudicitie dedicare, nique maritum quererem, non hæreticidum. Illoque mandante. Post & fenes diu vivere, & juvenes cito mori, eleganter luit: Juvenis quidem potest cito mori, sed fenes diu vivere non potest. Qua sententia repudiatus, exemplo cæteris fuit, ut ejus nuptias desperarent. D. Hier. in Marcellæ Epitaph.

ELIZABETHA Langravio Thuringie nupta. Quare in fra, Constantia Castitatis.

GALLA, Symmachi consulis filia (ut Greg. refert) Gothis, Italiam vastantibus viduata viro, quo cum annum tantum vixerat, nulli postea nubere voluit, licet & ætate integra esset, & non liberali forma. Egrotanti, scædæque corporis scæbie affectæ, medici consulebant, rursum uti marito, alioquin eo

morbi genere, vel perituram, vel certè villosum mentum habituram. At illa necque oris deformitatis necque mortis periculo territa, propositum dimisit castitatis. Ibidem & libro 5. cap.5.

EUPHRASIA virginis Euphrasie mater, hac unica prole suscepta, cum viro suo Antigono castè, continenterque vixit. Cæterum illo defuncto, quoniam ætas, forma, divitiæ superabant, ad secundas nuptias urgeri cepit Theodosius Imperatoris, Augustiæque suasionibus, ac promissis. Illa castitatem metuens, rebus occultè navigio impolitis, cum filia in Ægyptum navigavit: & in Thebaidam perveniens, filiam monasterio tradidit: quæ secum tulerat, pauperibus erogavit, piisque ipsa operibus incumbens, castitatis propositum nunquam dereliquit. Cumque Abbatissæ, cui filiam commendaverat, in quiete vidisset Antigonom in Paradiso fulgentem, à Domino exorasse, ut conjugem suam de terris evocatum sibi jam sociam faceret: die, qua prædictum fuerat, lata discessit. Idem.

SALABERGA post quinque filios ex Alduino marito, Dagoberti Gallie regis duce genitos, ab eodem impetravit, ut deinceps in castitate Deo serviret. Itaque constructo apud Lugdunum amplo monasterio, trecentis serè ancillis Christi præstitit, multorum signorum operationibus celebris. Marul. lib.4. cap.8.

EUDOXIA Lazorum, sive Colchorum regina, marito defuncto conjugii fidem ut servaret, omnes nuptias repudiavit. Pachymerius.

BERNARDUS Justinianus Prior, ex Quirina familia uxorem pulcherrimam, a nimique dotibus insignem sibi junxerat. Ex ea tres matres liberos produxit, Leonardum Divi Marci procuratorem, Marcum, qui primus Bergomo de Philippo Mediolanensis ducis manibus à Venetis extorto, prætor designatus profuit, & Laurentium, qui Venetis posticæ Olivolenis Antistes declaratus, moxque etiam Patriarchæ dignitate insignitus, moriens postmodò inter divites relatus est. Bernardus juvenis adhuc vita excedit relicta uxore, quæ quartum, & vigesimum vitæ annum nondum explebat. Illa filios tres sic educare cepit, ut Christiana pietate dignos eos redderet. Quæ ex re vigiliis, & jejuniis quotidianis vacans, pauperumque cultui assidue interservi, cilicina veste pro interlata tunica utens, lumbosque suos catena aenea cingens, sic disciplina sua pignora instruxit, ut tria civitates Venetæ numina cuncta videri potuerit. Egnat. lib.4. cap.6.

Scodrensis femina non multæ sanè numero superstitis, dedita Turcarum Principi Scodra, Venetias commigravit, quæ tantum pudicitiam excelluisse feruntur, ut apud Venetos Scodrensis femina, summæ cujusdam pudicitie famam, & nomen in hodiernum usque diem retulerint. Egnatius lib.6. cap.1.

SUENO Ulphonis Syetici, Efricæ Canuti Danorum regis filius, Danorum rex, forem, sive filiam Sueonum regis Ingonis Giutham (non præmeditato cognationis vinculo) missis legatis in conjugem impetravit, quæ ad Danos non solum pacem, sed eximia virtutum exempla secum adduxit. Hæc à Suenonis mariti thoro Pontificum censura ob confanguinitatem vinculum amota, paternos penates reprensens, castitatem perpetuam servavit. Joann. Magnus l. 18. c. 10.

DAVIDI I. Scotorum rex, Matildis Hundintoniæ, & Northumbriæ Comitissæ, conjugis decessu, nullas deinceps contrahere volens nuptias, primam uxori fidem ad mortem usque servavit. H. Boet. l. 12.

INDI Christiani sacerdotes, uxores ducunt. Prima tamen uxore mortua, est illis in posterum nuptiis omnibus interdictum. Oforius lib.3. rer. Em.

ETHNICORUM.

Olim tanta erat matrimonii sanctitas, ut quæ semel nupsisset, quamvis mortuo marito, nuptias secundas non repereret. Hoc etiam Homerum innuere opinantur quando, uxores vocat νεβήτας ἄγους, juvenculas, hoc est, quæ virgines nuperunt, nondum experte venerem. Et hoc in ipso epitheto honorifico secundas nuptias excludere videtur, quasi partum sint honestæ. Prima Gorgophonæ Persei filia secundò nupsit, ut testatur. Paus. in Corinth.

Cyros in prælio contra fratrem interfecto, Aspasia Phocenensis concubina illius, in hostium quoque manus incidit. Eam rex Artaxerxes singulari studio inquiri præceperat. Cum autem vindictam cum ducerent, excanduit, & hujus facinoris auctores in vincula conjecit: justitiae ipsi magnificum splendorem adunque

domque vestitum dari. Quod cum audivisset, cum lacrimis & gemitu deprecata est: attamen induere stollam à rege donatam coacta est magna vi, nam summo luctu Cyri obitum deplorabat. Eam cum induisset, omnium mulierum formosissima vita est: statimque Artaxerxes igne concepto primam inter omnes uxores habuit, sperans posse se memoriam Cyri ex animo ipsius evellere. Verum tardè, seròque tandem spe potius est. Etenim confirmata in Cyrum benevolentia, quæ jam in Aspasia radices egerat, quasi philtum insanabile penitus infederat. El. lib. 12. Var. hist.

Rhodogune Darii filia, mortuo marito, nutricem dedit morti, secundas nuptias suadentem. Ravissus.

Apud Rom. olim mulieres, quæ uno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitie donabantur. Existimabant enim cum præcipue matronæ syncreta fide incorruptum esse animum, qui post deposita virginitatis cubile, in publicum egredi neciret, multorum matrimoniorum experientia: quasi legitime cujusdam intemperantiz signum esse credentes. Vol. Max. lib.2. c. 1.

Mortuo Tib. Græcho marito, XII. relictiis liberis, suscipiens liberos, & rei familiaris curam, vitam exegit Cornelia in tanta castitate, tanta pietate, tanta denique animi magnitudine: ut non male visus sit consiluisse Tiberius, qui pro tali muliere animum induxit emori, nempè quæ etiam regi Ptolomæo nuptias ejus ambienti, & ad consorium eam vocanti regi abnuvit. Plut. in Græcis.

Valeria Messalarum soror, amisso Servio viro, nulli voluit alteri nubere: sibi sepe maritum Servium vivere inquens. Simile est Marcellæ peritum, à qua cum esset quæsitum: An gauderet se nupsisse? dixit, Ita quidem ut amplius nolim.

Cum quæreretur à Martia Catonis filia mirendi, Cur post amillum maritum, denuò non nuberes? respondit, Non se vitium invenire, qui magis cam vellet quam sua. Hier. Eadem, cum diuvis lugeret maritum, rogata, Quam esset habitura diem luctus ultimum? respondit. Quem & vitæ. Evajm. lib. 3. Apoph. Eadem, cum laudaretur apud eam mulier quædam ut bene morata, quæ tamen iteratè matrimonium: Felix, inquit, ac pudica matrona non nubet nisi semel. Non passa est illam inter bene moratas numerari, quæ citrà necessitatem afficeret alterum virum. Nam multas huc cogit egessas. Porro cujus gratia nubere, est non verè pudicam: eoque dixit.

Felix excusans necessitatem. Alii tamen hoc Cornelie Græchorum tribuunt. Idem.

ANTONIA, Drusi Germanici uxor, ætate integra, & forma insigni, amorem mariti sui egregia fide pensavit. Postquam enim Drusus maritus ex equo delapsus crus fregisset, & post tricesimum diem animum exspirasset, cum Livia socru sua reliquum vitæ tempus summa cum continentia vidua peregit, & cubiculum fororis pro marito habuit. Vol. Max. l.4. c.3.

GALBA Imper. amissa uxore Lepida, duobusque ex ea filiis, remanent in calibatu, neque solliciti ulla conditione amplius potuit, ne Agrippinæ quidem viduatæ morte Domitii, quæ maritum quoque adhuc necdum cœlibem Galbam, adeo omnibus sollicitaverat modis, ut inter conventum matronarum correpta jurgio, atque etiam manu pulsata sit à matre Lepida, Suet.

Scribit D. Hieronym. ad sua tempora ex Camilli Posteris, nullam vel rarum secundos posse concubitus: ceu sibi unaquæque illud ex trivio ingereret, is hæc quædam vidua dicitur: id est, Sus lota ad cœni volutabrum reverta. Cel. lib.28. c.22. d. l.

ANNA, cum amici hortarentur, ut post defunctum priorem D. maritum alteri nubere, cum ætas esset, & integra, & forma præstantissima adhuc: quorum alterum præberet spem prolis, alterum promitteret amorem mutuum: Num, inquit, pacto hoc factura sum, si enim bono viro nupsero, nolo post hac timere, ne amicum, si vero malo, quæ me caperet dementia, uti post optimum pessimum admitterem? Ravissus.

JULIANUS Imp. mortua conjuge Helena, quamquam juvenis ædmodum, multos annos in cœlibatu sine ullo venere commercio egisse creditur. Capta certè Perthis urbe, in qua formosæ permulta mulieres erant, ut continentis esset, ipsarum quoque conspectum devitavit. Fulg. l.4. c.3. ex Marcell. l.25.

REPETUNTUR VIDUÆ, QUÆ honestè nupsissent. Bigamia honesta.

Virginitati primus debetur honor, secundas viduas. Matrimonium medium est, quod & virginitatis forem, & l. B. Theat. vit. Humon. Tom. II.

viduitatis fructum, ne pereant, & incerta libidine ejuent, custodit. Nubere præstat, quam uri. Hoc si virginibus conceditur, quarum dignitas major est, multo magis viduis. Et si ergo viduitas laudem meretur summam, quando prioris thori observantia pudicitiam suam tuetur, quæ tamen non minus illa quoque laudanda, quæ honestè, ac pudicè secundas nuptias repetit. Nam quæ proportio est virginitatis ad matrimonium, eadem perpetuæ viduitatis ad secundas nuptias, si honestè contrahantur. Si honestè, certè ad vitium in excessu acquirenda libidinis pertinet.

Leonidas Anaxandridæ filius, & frater Cleomenis, cum proficisceretur in bellum contra Persas, uxori Gorgoni roganti, si quid ipsi mandarent? Nihil, inquit, aliud tibi mando, quam ut nubas, & bonos filios parias. Quo dicto vir fortissimus quasi prælagio ostendit, se periturum in prælio: & admodum uxorem, ut alii viro nubat, & omnes nervos intendat, ut filii probè instituantur. Plut. in Lac. Apoph.

Demetrius, cum alteram uxorem ducere statuisset, liberis ipsam percontantibus. Nunquid in ipsis haberes, de quo quæreretur: Nequaquam, inquit, immò ob id potius alteram duco, quòd collaudem vos, cupiamque mihi & alios istiusmodi liberos nasci. Evajm. lib.5. Apoph.

CASTITATIS, ET PUDICITIÆ CULTUS Respectu aliorum.

Quicumque alios ab illegitima venire cohibent, hujus sunt loci. Astio ipsa ad Justitiam spòrtulæ pertinet, quatenus horum vim arceat, illorum innocentiam, & pudorem protegit, ac defendit. Basi tamen justitia Castitas est, & castitatis amor. Nisi enim castitatem veneraverunt etiam in alieno corpore; nunquam ejus patrocinium susceperunt. Quod defendunt, illud amant; & amor ex qualitate provenit. Itaque scintille castitatis in animo latentes, quàm primò in opus progreduntur: Justitiæ naturam, nomenque induunt. Jam cum aliena castitas, & protegi possit, ne corrumpatur, & corrupta vindicari: Protectio ipsa hujus propriè loci est: Vindicta ratione legè ad Severitatem, ratione Equalitatis, ad Justitiam referenda erit. Consule Tit. Scortationem, Stupra vitare, illic propriè corporis, quod ab impudicitia servatur, habetur ratio.

ABSQUE CERTAMINE. Quatenus aliorum.

PUDICITIA HONESTE

Amatur, Colitur, Præmiis afficitur.

ABIMELECH sacerdos panem ceteronia consecratum, neque Davidi esurienti, neque sociis ejus dedisset, nisi prius exploratum habuisset, mundos fuisse eos ab omni mulierum congressu. Sab. lib.5. c.6.

Beatus Stephanus propter castitatem ab Apostolis fuit deputatus ad custodiam mulierum. Ab. 6.

S. Joanni Apostolo Parthenio Christus Dominus in cruce moriens matrem suam semper virginem commendare voluit: ut quamvis illa, cujus castissimum cor Spiritus sanctus inhabitabat, custode alio non egeret, haberet saltem in sexus honorem patronum, & defensorum.

S. Jacobus Apostolus, cui propter sanctitatis, & castitatis opinionem soli Sancta sanctorum ingredi licebat, viduis, & virginibus Christianis Hierosolymæ præfectus, & custos datus fuisse in Actis scribitur. Marul. lib.4. c.7.

HELLIAS Abbas, monasterii virginum custos. Vide Tit. Monachorum.

EUGENIUS barbarus, Aphricæ rex, Floram, & Lucillam forores, Deoque dicatas virgines, latium incurans, captas abduxerat. Sed cum eas perpetuam castitatem Deo vovisset intellexisset, libertate donavit. Ad bella egrediens earum precationibus se commendabat, victoribus redibat: & frequenti successu lætatus, Christo ab ipsis prædicato credidit, in tantum, ut Romanam ad martyrium tendentes relinquere noluerit. Fulg. lib.6. cap.1.

LUCIAM Romanam virginem Rex quidam Barbarus, nomine Ancias, cum captam stuprare vellet, ubi Dei cœli sponfam esse audivit, ab ea abstinuit, ac simul liberam fecit, quin etiam ad Christum conversus, cum ipsam Romæ martyrio consumptam audisset, captivæ suæ sorte incensus, relicto regno, Romam perrexit, & pro veræ religionis assertionem supplicia pertulit. Marul. lib.4. c.8.

BERANGUS quidam (sic autem vocabantur satellites Imper. A Michaelis Paphlagonis) Thracensem mulierem de stupro appellavit, ac recusanti vim inferre aggressus est. Ea barbarum correpto viri acinace in cor fecit, ac statim necat. Quod factum, cum per viciniam innotuisset, coivere ceteri Berangi, & mulierem coronaverunt, omnibus etiam bonis ejus, qui ipsam voluerat violare donatas: ipsum autem insepulchrum abiecerunt, ut lex jubet eos, qui sibi mortem consciverunt. *Cedrenus.*

Protegitur, Defenditur.

PAUSANIAS Cleombroti F. Mardonio ad Plataeas ad interfectionem caso, Coam mulierem, Hegetoridae filiam, Antagora neptem, quam Pharandates Persa invitam abduxerat, & in pellicarum numero habebat, Coon ad virum suum, cum omni muliebri mundo incolumem remisit. *Paus. in Laconicis.*

Cum Philippus Amyntae F. post Olynthi expugnationem pro concessa victoria Olympiae splendidissima perageret sacrificia, multaque suorum munera largiretur: animadvertit ex amicis quempiam Satyrum admodum tristem. Rogat, cur solus aliquid humanitatis suae experiri non dignaretur? cumque promississet; quodcumque petisset, se libentissime concessurum: hospitis causam sui virgines duas adolescentulas novis matris desponsatas, quae essent inter ejus captivos, se libenter recepturum dixit Satyrus: non ut ex eo munere Lucri aliquid consequeretur, sed ut addita etiam de suo dote in matrimonium eas traderet: ne injuriam tenera aetate indignam sustinere cogenteretur. Philippus virgines duas statim Satyro donavit. *Diod. lib. 16.*

Victo in Cilicia Dario, ceperat quoque Alexander matrem uxoremque Darii, & duas filias virgines. At sic eas protexit, ut non in hostium castris, verum in factis, & sanctis Vestae templis servatae, in abdito extra aliorum oculos agerent. Et quamvis omnium essent pulcherrimae, tamen Alexander temperate sibi, quam hostes vincere, magis regium ducens, nec has attigit, nec mulierem ante nuptias cognovit ullam, excepta Barlene, vel Barfena, Memnonis Darii ducis vidua. *Plin. in Alex.*

P. SCIPIO Africanus, *Vide supra. Venoris in honesta fuga. 6. Adulterium.*

M. MARCELLUS in occupatione Syracusarum gessit curam pudicitiae etiam in hoste servandae. Nam priusquam oppidum victor jussisset invadi, constituit edicto, ne quis corpus liberum violaret. *Aug. lib. 1. de Civit. Dei, c. 6.*

L. LUCULLUS, cum Mithridatem, Tigranemque Armenium regis Asiae superasset, capta etiam Tigranocerta urbe, mulieribus ab injuria militum conservatis, earum viros, qui cum Tigrae fugiebant, sibi devinxit. *Dion. & Xiphilinus in Pompejo.*

DIOCLETIANUS Imperator, cum bello uxorem, filiasque Narsei Persarum regis cepisset, summa diligentia earum pudicitiam custodiri jussit. Qua continentia non minus magnum sibi apud hostes, quam armis nomen peperit: eaque res Persas movit, ut quod ante de imperio Romano occupant, restituerent, pacemque iustis conditionibus admitterent. *Fulg. l. 4. c. 5.*

Totila Gothorum rex, Cumis, & ceteris Campaniae urbibus captis, cum ingentem Romanarum mulierum numerum in illis intercepisset, quas Romani cives ob novos belli terrores urbis imminentes procul domo ablegarant, ut earum pudicitiam in omnium belli eventum tuta esset (eratque in his omnis Romana nobilitas) captivas honeste, & sancte Barbarus penes se habuit, honestoque comitatu ad suos Romam sine precio dimisit. *Sab. lib. 5. c. 4.*

Buda urbe expugnata à Carolo Magno, matronarum servata est pudicitia, nulla vis cuiquam illata. *Bonfinius Decadis prima, lib. 9.*

FRIDERICO I. Imper. Mediolanum obsidente, tadio otii, Fridericus regis Boemorum Uladislai filius, permisit patris, ad expugnandum castellum quoddam, in quo vis magna frumentum inerat profectus, praedam militi promisit omnem. Eo capto milites, cum caetera praeda virgines plurimas, quae ad sacram adem confugerant, in praeda partem depolcebant. Provocat juvenis ad sententiam patris. Is ne fidem filii cluderet, neve captarum pudorem proderet, regio animo, Se precium puellarum militibus daturum, fuisseque aere illarum pudicitiam redempturum, affirmavit. Curaret filius, ut integre parentibus, & cognatis omnes gratis restituerentur. *Dubrav. lib. 12.*

ALPHONSUS Aragonum, & Siciliae rex, capta Messana, cum

illi nunciaretur, matronas omnes, & puellas civitatis, preciosissimis rebus onustas, in templum D. Augustini profugisse, eas diligentissime observari jussit: cumque & illa vim, contumeliamque pertimescentes, regi per internum supplicarent, ut tradita omnium coram gaza, ipsas tantummodo intactas abire permitteret: non solum intactas, sed ne visas quidem, cum omni carum suppellectile, ad unam omnes tuto abire permisit. *Anton. Parnonita de reb. gest. Alphonso lib. 2. En. Syro. de ejus dictis.* Idem Vicerio Apuliae oppido capto, cum milites à direptione continere nequirit, veritus ne furor tandem baccharetur in mulierum pudicitiam: conquisitas cum cura in locum extra muros, procul à militum impetu congregavit servandas, dato negotio Joanni Alzino viro amplissimo: & inibi servatas simul, & illibatas, cum praedio, quod vellent dimisit, ut post paucos dies tuto ad suos redire possent. *Panorm. lib. eadem.*

IMPUDICITIA, LIBIDO ODIO

habetur, reprehenditur, refranatur, coeretur, punitur, Respectu PERSONARUM. **QUI, QUOS, Nempe**
Homines, Deos.

LEMNI Venerem adeo contempserunt, ut nemo illi facta faceret: nulla alia re moti, quam quod scirent, Venerem adulterium cum Marte commisisse. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 15.*

Filii, Parentes.

Semiramidem matrem Ninyas de incestu se compellantem interfecit. *Sab. l. 1. En. 1. c. Clelia.*

Fratres, Sorores.

CAROLI Magni Filiae parum honeste pudicitiam habere, atque cuilibet infimae conditionis se prostituere dicebantur. Hanc ob causam Ludovicus Dux Imp. post mortem patris, ut notam hanc aboleret, ex Aquitania, cum copis Valam, Vernerum, Landbertum, Jungbertum praefectos, & amicos suos Aquigranum praemittit: mandans, operam darent, ne quid interim flagitii committeretur, neve stuprorum consilii fuga elaberentur. Veneris communicato consilio, cum Landberto, ceteris collegis non consultis, Hatunum quandam, quem stupri confuetudinem in aula fecisse constans erat opinio, ad se venire imperavit. Is conscientia seculum se vocari, ut comprehenderetur ratus, Venerum, nihil mali suspicantem interfecit, Landberto cruce fregit, ipseque à tuitinifris Veneri gladio confossus interit. *Avent. l. 4. Annal. Bojor.*

Duces, Milites.

ARISTOMENES Messeniensis, bello Messenico secundo, in Laconia Caryatides virgines choros Dianae agitantes, interdiu ex occulto aggressus, parentum opibus, & dignitate praestantissimam quanque comprehendit, & ad Messeniam vicum quandam perduxit. Ibi virginum custodia certis hominibus de sua cohorte mandata, noctem unam quievit. Interea juvenes vino, & libidine fervidi, virgines eas vitandae cupiditate exarserunt, atque adeo, ut ne ipsius quidem Aristomenis vocibus, negantis id jus, salsaque Graecis esse, conatu abstinere. Quare ut eas, ab injuria vindicaret, adolescentens aliquot, quorum erat maxime vino incitata licentia, occidere coactus, captivas tam integras, quam ante fuerant, parentibus magna accepta pecunia reddidit. *Paus. in Messen.*

Genua à Caroli V. Castalis militibus capta, omnia plena erant feminarum ejulatu, & horribili strepitu militum effringentium fores, & domos opulentas truculento impetu, immanique avaritia diripiendum: & erant, qui omnia praeda, in oblatas feminas seiva libidine graffarentur. Sed Alfonso Davalus Pifcarius peditem dux, in eorum sublatas, feminarum pudorem atroci, sed praeterlato admodum feroce peregre defendit. Cum enim viri Genuentis aspectu nobilis ab ipso transeunte tanquam à milite insigni postlaret, quod uxori à duobus Hispanis inter lacrimas vis inferretur, extemplo ad eum solus ingressus, alterum passis eribus matronam atque tantum gladio transiit: alteri vero per scalas evadere conanti immani actu tempora discidit. His interfectis, & in publicum è fenestra praecipitatis, & praecone circummissis, nemo domum ullam ingenuam violavit. *Jo. vius in Pifcario lib. 3.*

Remum

RERUM. SIC COERCETUR.

Ofculum libidinosum.

A Cum Cassander Pythoneum Evi ebicinis amasium per vim deofculari velle, idque Evium agrè ferentem sensisset: Alexander iratus exiit in Cassandrum, clamans: Itane per vos ne amare quidem cuiquam quicquam licebat? *Plut. in Apoph.*

M. Cato censor Manilium Senatu movit, quod uxorem insperante filia osculatus foret. *Plut.*

Aspebus libidinosus.

Candaulis Lydorum regis uxor, quod nuda esset Gygi à marito ostensa, pudorem laetum caede mariti ulta fuit. *Sab. l. 2. Enn. 2.*

PERICLES Atheniensium Princeps, cum tragediarum scriptorem Sophoclem in praetura collegam haberet, ac is publico officio una districtus, pueri ingenium formam impensioribus verbis laudasset, intemperantiam ejus increpans dixit: Praetor non solum manus à pecunia luero, sed etiam oculos à libidine, & aspectu continentis esse debere. *Valer. Max. lib. 4. c. 3. Plur. in vita Periclis. Cic. lib. 1. offic. At Plur. in vita Ifo- B cratis tribuit hoc dictum locorati.*

Sermo turpis.

HERO Syracusanus comico Epicarmo, quod uxore ejus praesente aliquid locutus esset inhoneste, multam irrogavit. *Plur. in regum apob.*

Habitus luxuriosus.

C. SULPICIUS Gallus uxorem repudiavit, quod aperto capite foris ivisset, iniquis: Tibi meos praesent oculos sex nostra, quibus formam tuam approbes; his ornamenta comparato, his esto speciosa: alie velle videri formosam, in suspitione, & crimine haeret necesse est. *Erasm. lib. 6. apob.*

Attentatio.

ACHAEUS puer Hipparrum Syracusarum tyrannum à militia revertentem, & bene potum, de stupro se sollicitantem, alium quemdam esse existimans, in tenebris interfecit. *Partbenius in Amatoris.*

Cum in Macedonia legati Persae venissent, petium à rege Amynta aquam, & terram: Amyntas regi se dedens, liberali eos hospitio excepit, petentibusque more suo Persis concubinas in convivium introduxit. Quas cum illi attraherent, & oscularentur, indignè rem eam ferens Amynta F. Alexander, patrem dormitum ablegavit. Ipse postea data optione Persis cum quacumque libere concumbendi, juvenales dimisit lorum, & mox sub earum specie introduxit adolescentes Ephesos iisdem amicis vestimentis, & pugionibus clam instructos; quos simul ac Persae attraherant, ipsi pugionibus eductis eos interfecerunt. *Herod. lib. 4.*

Stortatio, Lupanaria abolita.

Qui illegitimo essent thoro procreati, neu parentes alerent, Solon sancivit. Enimvero qui meretrici non abstinet congressu, is perbellè demonstrat, se non liberorum procreationi, sed voluptati studere, seque ipsum mercede privat. *Sab. l. 5. Enn. 2. ex Plut. Solone.*

P. Ebutius Feceniae Hispalae, qua fruebatur, indicio Bacchanalium sacrorum turpitudinem (quibus impulsu matris, atque D vittici iniandus erat) ad Posthumium Consullem detulit. Patres cum rei atrocitate, tum periculo percussit, ad liberos negotium dedere, ut antistitem sacrorum in potestatem redigerent: Triumviri capitales noctu prospicerent, ne qui in urbe moeris, aut ceteris nocturni fierent. Proposito edicto, ne talium sacrorum causa in urbe, reliquae Italia conventus ullos haberetur, magnus terror pervasit civitatem. Multi fugam molientes, circa portas nocte, qua secuta est, à Triumviris capti. Multi etiam viri, feminaeque sibi scelerum consilium mortem occupaverunt. Conspirare supra septem millia virorum, seminarumque dicebantur. M. Catinus de plebe Romana, Faliscus L. Opiternius, & Ninius Cerinius (hi erant sacrorum antistites) cum omnibus, qui stupris aut caedibus violatis essent, aut testimonia vendidissent, capitali sunt supplicio affecti: qui tantum initiatum, in vinculis habiti. Mulieres stupro pollutae cognatis tradite sunt, & iustum iis, in quorum manu erant, ut more majorum suo arbitrio in illas animadverterent. Si qua erat, cujus idoneus ultor non extaret, publice necata est. Consulibus indatum negotium, ut Romae, & tota Italia Bacchanalia diruerent. Judicibus Hispalae, & Ebutio singulis centena millia *L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.*

aris ex publico data: additum, ut Hispania ingenio nuberet, nec fortuna, aut quod questum corpore fecisset, apud virum E noxae illi esset nec apud quenquam, quod ipsius indicium fuisset in plures animadversum: ut Eburio emerita stipendia essent, ne invitum militaret. *Sab. lib. 7. Enn. 5.*

P. SCIPIO Emilianus, Maximus imperator, bello Numantino, collapsam militiae disciplinam, & dissolutum morem in omne genus licentiae, ejusque multis millibus scortorum, restituisse fertur, ad opusque milites traduxit, stantisque prandere coegisse, & coacti nil vesci. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 12. ex Val. Max. lib. 2. c. 2.*

CÆCILIUS Metellus exercitum Sp. Albini in Africa, molitie corruptum, severa disciplina correxit, ejectionis meretricibus. *Front. l. 4. c. 2. & Val. Max. l. 2. c. 2.*

M. Cato senior Pacho servo alioqui fidelissimo, quem tres puellas captivas explendae libidinis gratia coemisse intellexerat, conspectu suo ulterius interdixit. *Plut.*

THEODOSIUS Imp. victo Maximo Romano veniens, pistrinum, quo meretrices prostabant, demolitus est: ac quo supplicio deinceps punirentur adultera deprehensa, sancivit.

THEOPHILUS Imp. meretrices cellulis, seu lupanari exturbavit, domumque eam totam expurgatam, Xenonem (hoc est, ades peregrinis excipiendis destinatas) fecit, à se denominatum, insigni amplitudine, atque pulchritudine. *Cedrenus.*

BOHUSLAVUS Hafisteynus, genere, & doctrina praecellens, cum Pragenfes audiret lupanar publicum incendisse: Hoc non est, inquit, tollere vitia veneris, sed totam urbem malo veneris ardore implere, ex uno igne scintillis per singulas domos dispersis. *Dubravius lib. 31.*

Raptus.

Olo Norugus Syvardi F. robore insignis, quod alii armis, ipse oculis efficiebat, ut sola visus acie intuentibus horrorem incuteret, Cum Scatum, & Hiallum fratres Elam Olavi Vermorum reguli filiam, nisi propugnator se offerret, ad stuprum rapturos audisset: rustico habitu eò se confert, & se certamen suscepturum proficitur. Conseruat autem virgo hospitium vultu praelato lumine contemplari, praesertim cum ex notis, atque lineamentis oris & animi mores, & genus judicare posse dicebatur. Ergo cum ad Olonem accessisset, inusitato oculorum ejus horrore praetrita, penè exanimis concidit secundò, & tertio. Rursum juvenem conspicari conata, ceu mente capta procubuit. Olavus causam interrogat, & osculante, & si raptorum vota cohiberet, suis perquam dignum amplexibus asserente, rogatur à cunctis Olo, ut remoto pileo, se cognoscendum praeberet. Tum ille omnium in se oculos eximiae pulchritudinis admiratione convertit. Flava quippe caesarie, nitentique capillitio erat, ceterum pupillas, ne vitientibus formidini forent, palpebris conniventibus tenebat. Interea Hiallus, & Scatus, cum decem servis supervenientes, tumultuoso cuncta clamore miscebant, regem, ni filiam expedito sisteret, evocantes ad pugnam. Quorum debacchationem procius Olo sponcione certaminis excipie, conditione adjecta, ne quis furim tergum dimicantis incederet, sed ad verus tantum pugna congressibus staret. Gladio igitur Logthi dicto, solus duodecim profstravit, ductaque virgine, Omundum ex ea genuit. *Saxo lib. 7.*

In ea pugna, qua Salomon Ungarorum rex patre suo Geyfa duce, Chunorum copias fudit, Ladislavus Geyfae frater Chunum quandam equitem rapta virgine fugientem insecutus, cum H vulture impeditus raptorem capere non posset, ad virginem exclamavit, ut se praecipitem ex equo dedat, hostemque secum trahat. Dicto celerius imperata praestitit puella, quam Vardicentis Episcopi filiam esse rebatur, opinione deceptus. At indignum fore ratus, non aequo, cum hoste certamine dimicet, ex equo deliit: eumque secuti, quam Ungarico more gestabat, trucidavit. Nonnulli virginem à tergo Chunum, cum Ladislavo colluctantem, surrepta securi percussisse ferunt: alii, pro hoste supplicasse. Adiciunt aliqui, eque Ladislavi, domini mandata nutumque mirifice observasse, ita ut hostem mortuo, calceque impeteret. *Bonfin. lib. 3. Dec. 2.*

Suprum.

Timoclea Thebana, Alexandro Thebas diruente, hipparchum Thracem, suae insidiatorum pudicitiae, singulari actu interemit. Deducit enim eo in hortum, in quo puteus erat, quicquid habuisset auri, & argenti, se in eum projecisse persuasit. *I 4*

fit. Quod ille petierat, cum descendisset, hæc desuper, cum A famulis multos lapides, & saxa in eum devolvit, Barbarumque obruit. Polyenus lib.8.

Qua tempestate Romanorum dux Cn. Manlius in Asia fudit Gallogræcos, Chiomara Orthogontis conjux fortè inter reliquas feminas capta fuit. Ordinum ductor, qui eam ceperat, stuprum ei obtulit. Hic cum & libidinis, & avaritiæ projectæ esset, atque impotens, cupiditate tamen pecuniæ victus, magno auri pondere pactus est de muliere liberanda, quam ad certum locum duxit, pretio accepto eam dimissurus. Gallogræci flumen, quod eos dirimebat, transierunt, auroque tradito Chiomaram acceperunt: illa uni innuit, ut amplexantem se, & osculantem Romanum ferret. Qui cum statim caput ejus præcidisset, sublatum ipsa finit involvit, aufugitque, & ut ad virum venit, caput ante pedes ejus abiecit. Qui cum mirabundus diceret: Præclara res, mulier, fides est: Sanè quidem, inquit, sed præclarius unum tantum, qui copiam mei haberet, vivere, Polybius scribit, Sardibus se, cum ea colloquutum gravitatem, & prudentiam mulieris miratum fuisse. Plut. de virtutibus mulierum.

Nuptia secunda.

B ARGIVA Virgo Bryantem præfectum, ob violatam pudicitiam eadem nocte, cum somno esset oppressus, oculis privavit. Pauf. in Corinth.

Acute, ut cætera Lucanus, Corneliam Metelli Scipionis filiam, magni Pompeii ultimam uxorem inducit, pellicem se Juliam vocantem: quasi etiam tum inter viventem, & mares duxet copula tantæ charitatis. Lud. Vives de officio mariti.

Froto III. Danorum rex fanxit: Si quis virginis stuprum violare ausus esset, supplicia abscissis corporis partibus lueret: aliqui mille talentis concubitus injuriam pensaturus. Sax. l.5.

CAROLUS IV. Imp. Boemiam rex fanxit legem de viduis Reginis, offensus nuptiis, quas decoris pristini, & majestatis oblitæ subibat: ut post hæc vidua Regina alii cujus, aut Regi, aut Principi nubere, præter dotem; exilio insuper multaretur. Dubravius lib.22.

Nuptiæ indignæ.

Cum superiorum Imperatorum gubernatione, libido, atque luxuria, coercere nullo, invaluisset, auctor Senatui fuit Vespasianus Imper. decernendi, ut quæ se alieno servo junxisset, ancilla haberetur. Suet.

Adulterium.

C Lydis moris erat, ut mulieres, antequam cum maritis concubercer, corpus prostituerent: post nuptias autem omni tempore continentess essent. Si quæ cum alio reba habuisset, sine venia plebæbatur. Aelian. de Var. hist. lib.4.

Ante Cæsarem Augustum nihil legitus in adulterio esse cautum. Nemo enim, quod quidem sciam, causam, de adulterio dixit. Nam Clodius de pollutis sacris Bonæ deæ, non de adulterio est postulat: non prætermisurid crimen inimicis, si legasset aliquid de eo constitutum. Primus Augustus legem tulit de adulteris Juliam, sed in viros, & de pudicitia in feminas, sed non ita gravi adjecta poena. Quamquam postea in utrumque sexum data est actio adulterii, graviore poena addita, ut videre est ex responsis Cæsarium in Codice Justiniani, & quadragesimo septimo Pandectarum. Lud. Vives in 3. lib. de Civit. Deic. 2.

Præternaturalis libido.

D DOMITIANUS Imp. nefandum puerorum prostitutionem lege cohibuit. De eo sic Martialis Epigr. 1.9. ad Cæsarem. Tanquam parva foret sexus injuria nostris, Fædandos populo prostituisse mares. Jam cura lenonis erant, ut ab ubere raptus Sordida vagiui postretet æra puer. Immatura dabant infandas corpora pœnas, Non tulit Ausonius talia monstrâ Pater. Item qui teneris nuper succurrit ephebis, Ne faceret steriles læva libido viros. Dilexere prius pueri, juvenesque, senesque. At nunc infantes te quoque, Cæsar, amant. C. Cæsar Caligula Spiritus monstruosorum libidinum ægrè, ne profundo mergeret, exoratus, urbe submovit. Suet.

MODI. HUIUS EST LOCI Redargutio.

Apud Israelitas adulteræ coarguendæ hic modus erat divi-

nitis traditus Moyfi. Maritus uxorem ad sacerdotem ducebat, simul & libamentum, decimam partem ephi farinæ hordeæque, cui neque oleum, neque thus inebatur. Id sacerdos libabat, & ante Dominum ponebat, aquamque sacram in vase fictili fumens, pulverem è solo tabernaculi aquæ miscibat. Mulierem coram ara sistebat, eique libamentum in manus tradebat, & ipse eam amaram diram (quam zelotypia vocant) in manu habens, juramento mulierem atrolingens, in hæc verba: Si nemo tecum concubuit, & si stupro non deliquisti in virum tuum, illa est ab hac aqua amara dira. Sin autem in virum tuum commisisti, stuprataque es, & tecum rem habuit vir alius quam tuus, Deus exemplum in te statuat dirarum, & perjurii apud tuos, femur tibi decutiendo, & ventrem distendendo: veniatque hæc dira aqua in tua viscera ad ventrem distendendum, & femur decutiendum. Mulier respondebat. Amen amen. Tunc Sacerdos has diras in scheda scribebat, & aqua amara delectat, camque aquam amaram diram mulieri bibendam dabat, sumpto prius de manu mulieris libamento, quod ad aram libabat, & aram sufficibat. Aqua epota, si adultera esset, perjurii poenas luebat, ventre distenso, & femore decussis: sin extra noxam, illa est manebat, & prolem gignebat. Num. 5.

ACHAË Geum, Telluris Eurysterne sanum est. Ibi taurini sanguinis haustu pudicitia exploratur. Quo epoto, qui legi fraudem fecerit, statim flagitium dicitur morte luere. Pauf. in Achaic.

GANGULFI Burgundi militis uxor, adulterio commaculata, cum probare vellet innoxiam se esse, in frigido fonte demersa manu adjuvavit, ne eam sine prodigii specie, si culpam ferret, inde pollet levare: Mira, & à Deo res facta fuit, cum à fonte manum tolleret, & descicant extraxit; non aliter, quam si in mediis eam ignibus tenuisset. Itaque ob prodigium à viro separata fuit. Ful. lib. 8. c. 11.

Deprehensio.

Indicatio à Sole adulterio Martis, & Veneris, Vulcanus minutissimis catenis lectulum cinxit, quibus Venus, & Mars ignorantes implicati sunt, & cum ingenti turpitudine resoluti sub testimonio cunctorum aërorum. Hoc colens Venus, omnem Solis stirpem infandis amoribus profœqua est. Unde natus Taurus, quem Minois dicunt, quoracopi. Lud. Vives in lib. 17. Aug. de Civit. Dei, c. 13.

Procris, Cephali conjux, à Cephalo marito, qui in venationem se iterum simulabat, tentata fuit, aut matrimonii fidei servatura esset. Mittit igitur ad eam servum ignotum, qui multum auri ferens, hoc ei à peregrino viro quodam, ipsius amore captus, dari ait, si ei corporis sui potestatem velit facere. Principio Procris recusat: sed cum duplum mitteret, consentit Cephalus ubi eam domum ingredi amandaverit, jamque ad se, quem alium putabat, accumbere, facem ardentem infert, facinuram ejus arguit. Antonius Liberalis in Metamorphos.

Sub idè tempus, quo Catilina est oppressus, P. Clodius Pulcher, Bonæ deæ sacrarium muliebri habitu ingressus, cum Metelli Pontificis uxore adulterium commisit. Appianus Calphurniam C. Cæsaris conjugem, qui tum Pontifex erat, ab eo adulteram prodidit. Rectius Tranquillus, & Plutarchus Pompejanam, Q. Pompeii filiam, quam Cæsar ob id crimen repudiavit, fuisse ajunt, ad quam Clodius media cæremonia penetravit. Dum huic deæ sacra fierent, nefas fuit viris interesse, mulierum duntaxat erat id sacrum. Latuit primò Clodius operantium cœtu. Mox Aureliæ ancilla (fuit Aurelia Cæsaris mater) illum adibus errabundum intuita, quid rei quæretet, sciscitantur. Cum Auram respondisset Pompejæ pedifragam, percussit virilis vox mulierculam, suspicataque quod erat, clamorem repente extulit. Claudius continuo domus, & matronæ attentè oculis perstrutantes, Clodium ex tenebroso erunt cubiculo, turbatitè facies dimittunt. Appellatus inde, quod in aperto Bonæ deæ fuerit, allegatur rei absentia, quod per id tempus, quo in opertum venisse diceretur, procul ab Roma fuisset. Cicero testis citatur testimonium dixit, Clodium eo die secum Roma fuisse: testatidè sunt alii quidam illustres. Cæsar post Aureliæ matris testimonium ab accusatore appellatus, ut diceret, si quid de pollutis cæremonis comperit haberet. Nihil omnino sibi comperit respondit, quod de ea re affirmare posset. Nolebat Clodium genere, & eloquentia clarum, & quem multitudine gratum sciebat, à se alienare. Ab eodem interpellatus; Quid ergo Pomianam ab se ablegasset? Quoniam, inquit, domum meam non solum crimine carere oportet, sed etiam suspicione criminis. Sab. lib. 5. Enn. 6.

M. Varro testis est, C. Sallustium historiarum scriptorem A deprehensum in adulterio ab Annio Milone, & locis cæsum, dataque pecunia dimissum. Cicero improperat ipsi Sallustio, quod paternam domum vendiderit, ut adulterii poenam declinaret. Macrobi. & Gell. lib. 17. cap. 18.

CASTIGATIO.

Ex loco Justitia correptivè hæc transfer exempla, punita Scortationis, Adulterii, Illic Justitia ejus, qui corrigit: hic Pudoris studium in aliena libidine coercenda perpenditur.

CUM CERTAMINE CERTAMINA Pudicitia externa, cum aliis, iisque vel

CASTIS.

Pudicitia accidit, ut ejus causa alter cum altero certet. Id si gloria causa fiat, ad Studium quoque honoris pertinebunt exempla eadem.

B Romanæ matronæ patriciæ, facellum Pudicitia, quod in foro Boario fuit ad rotundam Herculis ædem, solæ adire poterant. Eius ingressu cum Virginia A. Sulpitii F. patricia quidem, sed L. Volumnio hoc plebejo dlocata, adire prohibebatur, ipsa vicissim in parte adium, quas in Longo habuit vicis, aram plebejæ Pudicitia constituit, hortataque est ejus ordinis matronas darent operam, ut ara illa à sanctioribus, castioribusque, quam patricia coleretur, Sub. lib. 7. Enn. 4.

INCESTUS.

Ex præcedentibus locis Pudicitia conservata, & exercitata (Libidinis occasiones fugiendo, quo ad alios) huc non pauca quatenus certando ab aliena libidine se vindicant.

C. Marius (cum secundo ejus consulari fororis ejus filium Lucium vim filii adhibentem miles quidam forma speciosa Trebonius nomine confodisset: neque miles licet criminantibus, iret inficias se tribunalum confodisse, sed causam allegasset, proba fletu) justit adferri coronam, quæ virtutis causa dari solebat, eaque Trebonium donavit. Plut. in Apopht.

CASTITAS DEO GRATIA.

C ALGARUS Regulus, Cuthredo regante, Fridesuidam Ducis Didani filiam, virginem Oxovicnem ad stuprum cogere volens, fugientem persequitur. Illa se protinus in oppidum recipiente, Regulo porta clauditur, lumeneque oculorum eodem momento adimitur. Verum mox virgo suis precibus Deum Alvaro placavit, qui rursus visum recepit. Ante hæc iniqua tempora extabat Oxonii Collegium Anglicorum regularium Fridesuidæ. Ex Polyd. lib. 4. hist. Angl.

Deus bone! quantum castitatis sedator, cultorque Ægydius S. Francisci magis? cui in ore aliquid: Quid nos Deo magis commendat, eique charos reddit, nisi illa mentis castitas, quæ sensus omnes custodit. Cùmque in laudanda castitate progrediretur, quidam matrimoniali vinculo confictus, Ego, inquit, uxore me contentus, aliis feminis abstinco. Cui Ægydius: Putas non posse hominem ex proprio vino inebriari? Sarius in vita, tom. 1.

ANGELIS.

Angelis quoque gratam castitatem testatur Cassianus in collationibus Patrum de Abbate Sereno. Hic, inquit, pro interna cordis, atque anime castitate nocturnis, diurnisque precibus, jejuniis quoque, ac vigiliis infatigabiliter insistent, D cum hæc astus carnalis concupiscentia tandem per divinam gratiam se extinxisse percipit. Deinde majori zelo castitatis succensus, præfatus viros remediis, à Deo petit, ut interioris hominis castitas in corpus rediret Dei dono. Postremò autem veniens ad eum Angelus, in visione nocturna, ejusque vultu aperiens uterum, quandam ignitam carnem strumam de ejus visceribus, ac prociens, inquit, omnia, ut fuerant, locis intestina restituerent. Ecce, inquit, incentiva carnis tuæ abscessa sunt, & obtinuisse te novis hodierna die perpetuam corporis puritatem. Ecce, inquit, quo poposcisti; unde ne ipso quidem naturali motu, qui etiam in parvulis, atque lactentibus excitatur, ulterius pulseris. Joan. Cassian. in Collat. de Abbate Sereno.

Huic proflus simile refert B. Greg. Papa lib. 1. Dial. cap. 4. de Equio Abbate: Vide supra. Castitati obfistere Precibus.

SANCTIS HOMINIBUS.

S. EDUARDUS Anglorum Rex nulli potenti in nomine S. Joannis Evangelistæ aliquid denegabat. Hunc enim post

Apostolorum principem archis diligebat. Unde contigit, quod quidam peregrinus absente camerario in nomine S. Joannis Evangelistæ importunè à Rege elemosynam postularet. Cui Rex pretiosum anulum, cum nihil aliud in promptu haberet, dedit. Accidit post hæc, duos Anglicos ad adorandum Salvatoris sepulchrum Hierosolymam proficisci. Qui die quadam à publica strata declinantes, devia quæque sectati sunt: & sole ruente, nox obscura adducta est. Et cum nescirent, quid agerent, quò se verterent: apparuit eis fenex quidam venerandus, qui eos ad civitatem reduxit. Suscepit autem hospitio mensa paratur: laudatissimèque refecti dant membra quieti. Manè autem factò, egressis illis de civitate, ait fenex: Viri fratres, cum summa prosperitate vos repatriaturos non dubitatis, quoniam prosperam iter facit vobis Deus, & ego ob amorem regis vestri, in omni via firmabo super vos oculos meos. Ego enim sum Apostolus Christi Joannes, qui regem vestrum ob meritum castitatis summa dilectione complector. Hunc ego anulum, quem mihi in habitu peregrino apparenti tribuit, reportate, renuntiantes ei obitus vili instare dicim: quem infra sex menses visitans visitabo, ut mecum sequatur agnum quocumque ierit. His dictis disparuit: illi ad patriam prosperè redeunt, quæ viderant, & audierant Regiferiatim F retulerunt. Ealred. Anglus in vita ejus apud Sur. s. Jan.

VENERATIO.

Refert Amb. in l. 1. de Virginitibus hoc exemplum. Memoria nostræ Puella, inquit, dudum nobilis sæculo, nunc nobilior Deo, cum urgeretur ad nuptias à parentibus, & propinquis, ad sacrosanctum altare confugit. Quò enim melius virgo recurret, quam ubi sacrificium virginitatis offertur? Ne is quidem finis audacie. Stabat ad aram Dei, pudoris hostia, victimæ castitatis, nunc capiti dexteram sacerdotis imponens, preceps polcens, nunc iustè impatiens moræ, summum altari subiectans verticem. Num melius, inquit, mater tu me, quam altare velabis, quod sanctificat ipsa velamina? Plus talis decet flammeus in quo caput omnium Christi quotidie consecratur. Quid agitis vos propinqui? Quid exquirendis adhuc nuptiis sollicitatis animum? jam dudum provisa habeo: sponsum offerret? meliorem reperi. Quaslibet exaggerate divitias, jactate nobilitatem, predicare potentiam. Habeo cum, cui nemo se comparet: divitem mundo, potentem imperio, nobilem cælo. Si talem habetis, non refuto optionem; si non reperitis, non provideris mihi, sed invidetis. Silentibus cæteris unus abruptus ait: Quid si, inquit, pater tuus viveret, inmutam te manere pateret? Tunc illa majori religione, moderatiore pietate: Et idè fortasse defecit, ne quod impedimentum posset afferre. Quod ille responsum de patre, de se oraculum, maturo fuis probavit exitio. Ita cæteri eadem quisque metuentes favere coeperunt, qui impedire quærebant, nec distendium debitum attulit virginitatis facultatum, sed etiam emolumentum integritatis accepit. Habetis puellæ devotionis præmium, parentes cavete offensiois exemplum. D. Amb. lib. 1. de virginit. in fine.

PUER CASTITATEM TUETUR.

Cum in bello adversus Gallaciam ab Arabum rege excitato captivus Ermogius Episcopus remansisset, ductus Cordubam, ut se nexibus liberaret, eundem Pelagium sobrinum suum decem annorum reliquit obsidem, puerum elegantissimæ formæ, atque spectatæ virtutis, qui quæ totum illud triennium, & semis, quo mansit inclusus, venturi præcius ad martyrii præparationem impendit. Cum verò venisset facie non ad martyrium, sed ad delicias tyranni educeretur è carcere, ab eodem mille modis suaderetur ad turpia: magnis ille animis resistens comparavit sibi ea occasione martyrium. Quod quoniam modo transactum fuerit, & consummatum ab auctore sic accipere. Interea, post constantem scilicet fidei exhibitam confessionem, cum cum joculariter rex tangere vellet, abuti scilicet: Tolle canis (inquit S. Pelagius) numquid me similem tuis effeminatum existimas? Et illic vestimenta, quæ indutus erat, scidit, & fortem in Palæstra se athletam constituit, eligens potius dignè pro Christo mori, quam turpiter cum diabolo vivere, & vitis inquinari. Ipsum verò adhuc suaderi posse Rex existimans, suis præcepit cyronibus, ut eum suavoris delinquent lenociniis, si forte apostatando tantis acquireret regalibus pompis. Sed ille adjuvante Domino fortis stetit, & intrepidè permansit, Christianum solummodo prædicans, ejusque per sæcula præceptis obsecundare se dicens. Cujus ferventissimum Rex spiritum contra se perferere videns, atque in suis desiderijs spretum esse intelligens, ira stimu-

stimulatus; Appendit, inquit, illum in forcipes ferreas, ac strictum tandiu sursum, deorsum vicissim levantes deponite, quousque, aut animam exhalet, aut Christum esse Dominum denegat. Quod beatus Pelagius forti animo pertransiens, stabat intrepidus, qui adhuc pro Christo pati penitus non recubabat. Cujus cum immobilitate Rex constantiam videret, iussit eum membratim gladio scindi, & in flumen proici. Qua ministri potestate acti, per tam immania in eum, exerto punctione, ludibria debacchati sunt, ut putares sacrificia componere de eo, quem immolari, eis incisi, in conspectu Domini nostri Jesu Christi necesse. Et qui jam electus manebat in caelis, adhuc duriter patiebatur in terris. Nam alius brachium radicibus amputavit, alius tibias defecavit, alius etiam cervicis ferire non desistit. Interea stabat martyr intrepidus, ex quo guttatim sanguis distillabat pro sudore profusus, nullum interim praeter Dominum nostrum Jesum Christum invocans, pro quo pati non recusabat, dicens: Domine, eripe me de manu inimicorum meorum. Quem sane divina potestas non deseruit, faciens illum in poenis confessorum, ac sub gladii mucrone gloriosum in caelis martyrem. Porro manus, quas ille ad Deum levabat, illi sceleratissimi gladio amputabant. Inter quos beatus Pelagius festus anhelabat. Et quia, qui hominem miseraretur non aderat, Deum solummodo invocabat. Clamabat quidem athleta fortissimus, sed praesens certamini praerat Dominus, Veni, inquit, accipe coronam, quam tibi ab initio mundi promisi. Inter haec spiritus migravit ad Deum, corpus vero projectum est in fluminis alveum. Sed post hoc nullatenus desuere fideles, qui illud quaerent, atque in sepulchrum honorifice deferrent, cuius quidem caput tenet cœmeterium sancti Cypriani, corpus vero cœpes sancti Genesii. O verè dignum Deo martyrium, hora septima ceptum, vespere autem eodem consummatum: *Regulæ scriptor vitæ S. Pelagii, Joan. Mariana de rebus Hisp. l. 7. cap. ult. Baron. tom. 10. Annal. ad an. 925. 2. 3. Lips. l. 2. Monit. cap. 17. 15.*

CASTITATIS DEFENSIO PER linguæ concisionem.

Narratur à Nicephoro Callisto in Ecclesiastica historia de C. Acete quodam, qui castitate, & virtutes alias piis studiis sedulo medians, æquali decertavit agone. Is cum expugnari omnino non potuisset, nullamque adversariis vincendi spem reliquisset, post innumera tormenta in lecto vinculis ligatus reponitur; & mulier impudica ad eum immittitur, quæ illum complectens, exosculans, manusque petulantè ad membra secreta adhibens, procacissimè ad rem illicitam, nihil profusus lascivia, & illecebrarum præmittens, concitat. Ille aliud, quod faceret, non habens, linguam ipse suam moris concisam, dentibusque comminutam, in faciem meretricis expuit. Quare sibi ipse quidem pro voluptate dolores, impudicitia autem illi probrum, atque stuporem cum acerbitate, tam vehementibus illis illecebrarum insultationibus superior, conciliavit. Et sicut in certamine pudicitia adversus eam victor fuit, ita paulo post vitam martyrii filio confirmavit. *Niceph. Call. lib. 7. bisp. Eccles. cap. 13. D. Hieron. in vita Pauli eremita.*

PER VULNERA.

Nec viritantium, sed multò etiam magis mulieres virilibus animi præclarè in extollenda castitate se gesserunt: Cum enim Alaricus Roman cepisset, ac diriperet, Mulier quædam maximum exhibit pudicitia specimen. Quod namque & ætatis flore, & formæ venustate præstaret, Alarici militibus juvenis quidam pulchritudine ejus, cum eam vidisset, captus, ad concubitum cum sollicitavit. Cum autem illa piaculum id averfaretur, miles ensè stricto mortem ei minatus, veluti cum amore concertans, per misericordiam summum tantum collum vulneravit. Illa verò tructore desiliens, jugulum ferro subdit, melius sibi esse rata, ut cum pudica mente mortem oppeteret, quam cum viro alio concumberet. Et postquam ferocius barbarus illam aggressus est, plurimumque eum oppugnano nihil egit, ad castitatem ejus consternatus, in Apostolicum divi Petri templum eam duxit, Ecclesiæque custodibus commendavit, sex illis aureis nummis datis, ut puellam viro suo conservarent. *Idem lib. 13. cap. 35.*

Pete nonnulla ex Loco de Religione. Tit. Virginitas religiosa.

* CONSTANTIA CASTITATIS.

Pleraque superiora Exempla huc referri possunt.

Inter Ægyptias puellas martyres de Potamena virgine ex Antonio accepit, narratq; his verbis Palladius: Iste Isidorus, qui benedictum quondam vidit Antonium, dignam rem memoria literarum retulit mihi, quam ab ipso se dicebat audisse. Potamena quædam puella admodum pulchra, in ancilla cuiusdam erat tempore Maximiani persecutoris: quam multis frequenter, ac variis promissionibus Dominus suus stuprare non potuit. Ita ut ad postremum amore, atque infania præceps traderet eam illi, qui tunc Alexandria præferebat gerebat, scilicet, ut Christianam, ac maledicentem de persecutionis sævita Imperatoribus: pecuniam ei sub hac passione promittens, si ejus acquiescere voluntati, sine ullo eum supplicio reservaret, ac redderet: sin verò in contradicendi proposito permaneret, periret, ut tormentis deficeret, ne si vixisset, libidinis Domini sui contemptrix videretur. Quæ cum exhibita ante tribunal fuisset, ejusque iudex variis cruciatibus, atque tormentis cupere expugnare devotam voluit: atque inter diversa supplicia vas quoque æris immensum, ac ferventi picis repletum acerrima flamma succenderet: duplicem ei præfatus immitis posuit conditionem: Aut vade, inquit, & Domini tui obtempera voluntati, aut adduci juberi serventem hanc picem te esse mittendam. Cui puella respondit dicens: Nunquam sit alter monitor talis, qui adduci juberi libidini castitatem. Ob quod illi nimio fervere percussus, præcepit spoliatam eam in vas, quod fervebat, immitti. Hæc autem vox illius fuit: per caput inquit, imperator tui, quod tu videris, obtestor, ut si apud te statuum est his me tormentis necare, non simul totam, sed paulatim me in ferventem mitti jubeas picem: ut possis videre, quantum mihi dediti ignotus tibi patientiam Christus. Quæ per unius horum spatium paulatim in ahenum candens demissa, defecit, ubi primum pix ebulliens ad ejus colla pervenit. *Pallad. in Lausaca cap. 1. apud Baron. tom. 3. anno Dom. 310.*

Bello Pedemontano, nostra penè memoria, cum civitas quædam occuparetur, Dux militum virginem jam marito desponsam eximia pulchritudine corporis, majore jam animæ, quam adamare coepert, in sua domo validè est aggressus. Illa verò cum celeritè manus hominis evasisset, osium, quo estingendum erat, præter spem oculum invenit. Itaque cum incerta hæreret, quorūm evaderet: hoc invenit consilium. Fenestra erat patens, in publicum versa, per hanc ita exiit, ut postem fenestræ medium amplexa penderet. Sic enim futurum cogitabat, ut tum ipsius conspecto periculo, tum concursu hominum in via publica, quos rei novitas contraheret, absteritis vim adhibere non pergeret. Sed immanis, & huic præde inhians belluæ libido ne sic quidem repressa est. Cum ergo ne sic quidem molestus esse desineret, casta Lucretia (hoc ei nomen erat) coacta est nodum, quem manus strinxerat, solvere, atque in terram (& erat fenestra loco satis edito) deorsum labi, ut corpore contracto animus integer maneret. Sed hoc corporis damnū præclarissimis virtutis donis postea pensavit. Cum enim sanctissimam vitam multis deinde annis egisset, mortua est Perusia in Alexandrinorum ædibus. *Guillelm. Baldejanus l. 2. Stimul. virt. c. 1.*

Nicomedia quoque contigit nobile facinus Euphrasie virginis, sub Diocletiani persecutione, pro conservanda virginitatis integritate, cum illi fedi S. Anthonius præfret Episcopus. De qua sic Nicephorus: Ea ad lupanar ducta, ubi jam H in eodem est conclavi cum improbo juvene clausa, techua quadam illum circumvenit: venescam se esse profiteretur, mercedemque ingentem conservatæ pudicitia pollicetur, quæ eum à morte conservet, pharmacum scilicet, quo ille perunctus, in bellorum certaminibus, & præliis nullo profusus telo, aut ferro violari, aut concipi possit. Quo si de tali remedio (inquit) periculum facere vis, illico tibi manifestè exhibebo. Ille id statim parari permisit. Tum illa verè sapiens, ceram oleo liquefactam, manibusque subactam, collo suo circumcirca inungens illinit. Quod ubi perfecit, petere eum jugulum suum, ensè quibus posset viribus adacto, remediique ejus vim, & efficaciam experiri juberet. Atque ille, quam potuit validissimè ensem in eam demisit, caputque ejus ictu uno rescidit. De Potamena, vide Niceph. 5. 7. Euseb. 6. 4. De S. Pelagia, Metaph. 4. Maii. De Dorothea, Euseb. 8. 13. Niceph. 7. 21. De Tarbula, Niceph. 8. 37. Nicephorus lib. 7. Eccles. histor. cap. 13. Baronius tom. 3. anno 309.

Jacobus

Jacobus de Vitriaco, vir doctus, S. E. R. olim Cardinalis, A refer. sua ætate fuisse virgines complures, quæ Leodiensi urbe ab hostibus occupata, suis habitationibus ejectæ sint. Ex his aliquas ad templa confugisse salias, quæ id minus poterant, in flumen precipitate, & quod mortem castitatis violationi postponerent: partim in cloacis inmississe, ut nullam doloris territudinem cum libidinis fetore comparandum offenderent. Nec dubia erat mors nisi admirabili profusus modo fidei Deo fuisset conservatæ, ut in tanta multitudine nulla profusus, vel vitæ, vel castitatis detrimentum accepit. Praclarum verò, quod uni ex eo numero contigit. Laborantem illam acceperant cymbula duo milites, exceptamque sollicitabant ad flagitium. At illa, cum mori, quam corrumpi mallet, tanto saltu iterum se in undas dedit, ut eodem impetu scapham everteret, corruptoresque corpus submergeret. Ipsa verò, absque omni aut animi, aut corporis damno, fluvio obsequente, ad litus emerit. *Jacobus de Vitriaco Card.*

Cum nobilis quædam, & pulcherrima femina S. Wolstanum Episcopum in Anglia Wigornienfem ad turpitudinem provocaret, ille audita sancta femina voce, & facto fronti crucis signaculo, dixit: Fuge, fomes lascivie, mortis filia, vas fatana, & alapam mulierculæ tanto nifi impedit, ut crepus illius palmæ tota domo audiretur, verbiique severissimis, & Episcopo dignis abegit. Sicque alter Joseph muliebrem lasciviam animo repensum manu compesccebat. *Bravon. ejus vita scriptor, apud Sur. 19. Jan.*

THOMAS II. Eboracensi Archiepiscopo ægrotanti dum medici solum famine usum morbo remedium adferre posse judicarent, casque adhiberet, urgent incunctanter, cum illi tum confanguineis, & jam feminam decentis formæ adduxissent, noluit eam contingere, inquit: Propter salutem carnis tandem mortura, immortalæ Pudicitia decus non amittam. Præclarè de illo dici potest, quod de Michaelæ Vetino posteritati consecratum reperimus.

Sola Venus poterat lento succurrere morbo; Ne se pollueret, maluit ipse mori.

Polyd. l. 1. c. 3. Beyerlinch in Apoph. Christi.

Adducamus huc etiam sponsas Christi, & inter eas statuum post Virginem matrem (cujus pudicitiam laudasse, detraxisse forte,) Iphigeniam Ægypti Æthiopum Regis filiam. Hæc Matris Apostoli prædicatione, vera fide illuminata, C Virginitatem vocit: & alius que eam voverat, præerat sedula gubernatrix, sed quid? paterni regni successorem Hirtacum in maritum accipiat, ab eodem impellitur, quo spreto, Æterni, ait, Regis sponsa sum, nec mihi eo relicto alteri nubere fas, neque minis, neque instantibus vim flammam periculis a sententia amoveri potuit. *Abdias in vita Matthæi Beyer. supra.*

S. Lucia Virgo Pudicitiam vita habuit chariorem. Juveni enim jungi noluit, ut jungeretur Christo: & ad idololatriam compulsâ, mansit immota in fide rupes. Quare minitanti Paschafio, Ego te faciam ad lupanar trahi, ut cum fueris scortata, fugiat te Spiritus S. Nunquam inquit, inquatur corpus, nisi de contentu mentis: si namque me invitam feceris violari, castitas mihi duplicabit ad coronam. *Surd. tom. 6. in vita.*

Neque tu, fidissima Pudicitia tuela Agnes, silebere: quæ dum te deperiret Præfetti tuæ urbis filius, nondum pubertatis annos egressa, eum animosè despexisti, dicens: recede à me, fomes peccati, nutrimentum facinoris pabulum mortis: jam ab alio amatore præventa sum, qui annulo fidei tuæ subarrhavit me. O senectutem infantilis mentis! o juvenilis animi canticum. *Ex Sur. tom. 9. in vita. Idem.*

D S. Euphrasiam Virginem Antigonii filiam, quia Romano patricii generis juveni à parentibus antè pacta, quam Religionis daret, fuerat, cum eidem nubere per Theodosii Imp. literas cogere, respondisse tradunt. Sponsum habeo in caelis, non in terra: & certum mihi extrema omnia perpeti, quam fallere fidem illi datam. Quid prius miremur, nescio, an senilem teneræ ætatis in respondendo sapientiam, an verò puellatis animi in proposito constantiam? *In vitæ PP. Sur. tom. 2.*

Neque Gunzonis Ducis filiam pudere debeat, si primis illis jungatur: cujus virginitatis flos etiam suum odorem per univerfam Galliam diffudit. Ut enim erat Arbonæ Ducis filia, à Segeberto Galliarum rege in conjugem petita, at quid sponsa Christi? Æterno Regi desponsata sum, ait. Cui & nunc merito in calesti illo folio junctâ, quæ dum hic viveret, pluris fecit castitatis, quam Francie regnum. *In vitâ S. Galli lib. 1. cap. 21. Sur. tom. 5.*

Est etiam viduis sua castitas, unde & eas honorare præcepit Apostolus, quæ verè viduæ sunt. Talis indubie erat Eliza-

betha Langravio tradita: quæ, mortuo conjugè, dum ab Episcopo Bambergensi ad nuptias incitaretur, respondit: Si id coneris, fixum mihi truncatis naribus, vel lacerata facie me ita deformare, ut qui me ducere velit, futurus sit nemo. Itaque oblatam fortunæ felicitatem respuit, sola castitate gaudens. *Conrad. Concion.*

Satis de illis, quæ Deo suo castitatem voto obstrinxer, hoc loco dictum: neque enim is animus omnia persequi, ad aliam transeo: quæ licet alterius ordinis, eisdem tamen propositi, & mentis. Jactet suam Lucretiam Roma, habet etiam suam Aquileja, quam proferat, cujus virilis animus maligno errore fortunæ muliebri corpus fortitus est. Hæc enim, ut erat ingenua, à Barbaro hoste capta, ad stuprum rapiebatur. Quid ageret ad preces convertitur, & vix tandem impetrat, ut in superiori domus partem si liber aditus fiat, quo facta, ea parte occupata, quæ fluminis imminabat, ad Hunnum conversa, Vis me ait, potiri? me sequere, & ex alto præcipientem se in flumen dedit: magis de corporis, quam salute animæ provida. *Sabell. lib. 5.*

* CASTITAS ALIORUM MORTE, ET PERICULO REDEMPTA.

Ad exempla castitatis alienæ pergamus. Quidam Adolescens Magistrianus, specie formosus, mente pius, cui Deus zelum immissit spirituum leum adeo ardentem, ut etiam mortem contemneret: is cum prætextu intemperantiæ eò accessisset, profundo vespere ingrediatur ad eum, qui illas alebat, & dat ei quinque nummos, & dicit ei: Concede mihi manere hæc nocte cum hac puella. In locum ergo occultum cum ea ingressus dicit ei: Surge serva te ipsam, & cum eam fuis vestibus induisset tunica, camisia, & chlamyde, & omnibus virilibus, dicit ei, Egredere, te summa chlamydis parte contegens. Quæ cum sic fecisset, & se totam signo crucis munisset, egressa ex illo loco omnino incorrupta, & impolluta, servata, est Christi gratia, & causa adolescentis, qui cum suo sanguine liberavit à turpi vitio. Sequenti autem die res fuit cognita: & productus est Magistrianus ad lævissimum judicem. Cum autem strenuum Christi athletam examinasset impius, & omnia didicisset, iussit, cum obici bestiis: ut etiam malis insectis dæmon in eo afficeretur ignominia. Nam cum existimasset vitum fortem in nefarium iniicere supplicium cum, effecti duplicem Christi martyrem, ut qui & pro sua anima præclarè decertaverit, & pro illa beata in laboribus strenuè perseveravit. Quocirca duplici honore, & duabus coronis dignus est habitus à Christi benignitate. *Pallad. in Hist. Laus. c. 1. 48. Niceph. l. 7. c. 13.*

Idem Pallad. Corinthi permissis accidisse testatur de Christiano homine agente in rebus (erat is magistratus in militia Palatina) qui per soluto pro virgine prostituta ingenti in deliciis prioris noctis pretio, illam suo indutum habitu liberavit, cum Præfes indignatus sic se ab eo esse desultum, ad bestias hominem damnavit, qui eorum feritate disceptus, martyrii corona donatus est à Deo. Et quid mirum, si sic liberatæ sunt à viris Christianis Christianæ virgines prostituta, cum & Lacedæmonios viros feminae conjuges (quod tradit Valerius) eadem quoque arte ex arcto carcere, habitu ita mentio subduerint. *Aurélius in Catech. Hist. ex Baron.*

De Didymo Christiano homine Alexandria traditur, quod is, ut nobilem virginem Alexandrinam Theodoram nomine ad lupanar damnatam eriperet, galeam, ocreas, & cætera militaria superinduens indumenta, comparata sibi ex more, majori pecuniarum vi aditu, accessit ad virginem; quam galea H tecto unâ cum vultu capite accinctam gladio, baltheoque decoram abire coegit, & re comperta, qui loco virginis remanserat obfæ, damnatus capite martyrium consecutus est, illa omnino libera permanente. *Idem ex Metaph. Sur. tom. 2. die 5. Apr.*

CASTITATIS SERVANDÆ EXEMPLARE DOCUMENTUM.

Postquam S. Edmundus Archiep. Cantuariensis adolescentie metas attingit, ita sensus suos per vitæ spiritualis exercitia rebus bonis, & virtutum studio affuefecit, ut ex jugi consuetudine, deinde tanquam naturaliter mala omnia vitaret. Magnam in eo curam posuit, ut velut in tabulis rasis Sanctitatis habitum crebris actionibus bonis acquiritum, quadam imagine impresse effingeret, atque ita innocentia fundamentum ardua virtutum palatia superfrueret, structuraque per spiritum inchoata cresceret in spiritum sanctum in Domino. Et ceterè